


DIATRIBE
HISTORICO ECCLESIASTICA
DE

COGNATIONE SPIRITUALI,

A NOSTRIS
QUONDAM MAJORIBUS OBSERVATA,
CUM APPENDICULA
DE

COGNATIONE LEGALI,

EX MONUMENTIS DOMESTICIS
FERE INEDITIS, EXTERORUM TAMEN
CONSENSU PASSIM NOTATO.

AUCTORE

JOANNE OLAVIO

Theol. & antiquit patriæ studioso.

ACCEDIT
INDEX RERUM, NEC NON VOCUM ANTIQUARUM HIC OCCURRENTIUM SYLLABUS, CUM EXPLICATIONE ET BREVIBUS ETYMOLOGIIS.

HAFNIÆ,
EXCUDIT AUGUSTUS FRIDERICUS STEIN.
1771.

VIRO
ILLUSTRISSIMO
AQUE
GENEROSISSIMO
HENRICO
DE
HIELMSTIERNE,
S. R. M. A PRIVATIS CONFERENTIIS, SUPREMI TRIBUNALIS SYNEDRO, NECNON HAVNIENSIS SCIENTIARUM SOCIETATIS SECRETARIO ET DIGNISSIMO CONTRIBULI,

DOMINO SUO
ADMODUM PIE COLENDO

HANC
DE COGNATIONE SPIRITUALI
DIATRIBEN,

VENERABUNDUS D. D. D.
AUCTOR.


Vir
Illuſtriſſime atque Generoſiſſime
Domine & mæcenas
plurimum obſervande!

Etiamſi inter clariſſimos noſtrates philomuſos, qui ſtudia humaniora & honeſtam quamcumque diſciplinam in pretio habent, & liberali affectione complectuntur, Te vir illuſtriſſime merito numeremus, patriæ tamen hiſtoriæ & antiquitatibus primas detuliſſe videris,

quare singulari quodam jure Te suum salutant patronum & mæcenatem. Hinc ego, gratiæ tuæ potius quam dignitatis & meriti rationem habens, istum meum de cognatione spirituali tractatum Tibi consecrare volui, hac item occasione favoris tui ac benevolentiæ, in me meosque nunquam non paratæ, memorem gratumque animum testaturus. Cum aliis quæ hic commemorari epistolæ angustia vetat, etiam hoc ad debitam Tibi gratiam & laudem refero, quod auspice Te ac epistata, totius vero regiæ scientiarum societatis auctoritate atque munificentia, nunc in lucem niti-

nitidiſſimum emergat itinerarium Islandicum, b. fratris mei Eggerti Olavii poſthumum opus, quod tua in auctoris manes pietas, pariter ac almæ ſcientiarum ſocietatis communis cura, navitatis ejus exſtare monumentum voluit, magno utique ac glorioſo vigilantiæ veſtræ atque ſtudii literarii documento; quare Domine illuſtriſſime dignitatis tuæ ſplendor & magnitudo ſpem mihi non præcidit, quin has quoque pagellas, amplisſimo nomini tuo ſacras, prona mente manuque ſuſcipere velis, leviculum, fateor, & æquo inferius munuſculum, ſed quo mihi unico

fummam erga Te obfervantiam palam fignificare licuit, piam paupertatem æmulanti, quæ mola falfa litat, fi thura non habet. Defino votis, ut vitæ falutisque noftræ ftator & fummus arbiter Deus Te vir illuftrisfime, in rei communis & literariæ emolumentum, cum optime utrique velis, incolumem confervet, domique & publicè multis in reliquum annis florere jubeat.



L.B.S.



L. B. S.

Quanquam cognationem spiritualem & alia veteris catholicismi somnia nostra hodie ecclesia non curet, citra controversiam tamen est, horum descriptionem non spernendum habere usum, cum haec memoriam conservet olim corruptissimae disciplinae & status ecclesiastici, eoque invitet nos ad agendas gratias optimo maximo Deo, qui per refulgentem evangelii lucem illas superiorum temporum tenebras dispulit, Romanensis puta ecclesiae superstitiones & commentitia instituta, quorum vanitatem atque fal-

fallaciam quo melius noverit pius animus, hoc magis ſinceram revelationis divinæ veritatem amat & veneratur. Habet etiam hoc argumentum quo ingenium oblectet hiſtoriæ & antiquitatis ſtudioſum, afferens multa notatu lectuque digna, quæ potiorem partem conquiſivi ex ineditis patriæ meæ monumentis, hiſtoricis juxta ac juridico eccleſiaſticis, quibus ſubinde inſeruntur gentium externarum conſtitutiones, necnon ipſum jus canonicum: inter ſcriptores alios præcipue conſului J. H. Böhmerum, qui in jure Proteſtantium eccleſiaſtico ſeorſim egit de cognatione ſpirituali, ſcite quidem & docte, ſed rerum ac obſervationum huc ſpectantium non tanto apparatu, quin hoc thema in plurimis porro illuſtrari & ex integro retractari mereretur, quod & hic factum eſſe ex laudati auctoris collatione videbis; multis enim & illuſtrandis & addendis materiam ſuppetitarunt tot Scandinaviæ noſtræ jura

&

& diplomata ecclesiastica, quæ Böhmerus aliive scriptores externi nunquam in manibus habuerunt. Ultimo loco nescio annominem Jo. Munsteri Von der gevatterschafft *tractatum, ut vocat, didacticum, qui titulo suo prorsus deest, & nullam huic argumento affert lucem. De methodo, heic ac in Synt. de Bapt. eadem, dicere nihil attinet; testimoniis omnibus non Latinis versionem adjeci, Svecicis etiam atque Germanicis, licet interprete vix indigis, non harmoniæ tantum causâ, verum eo simul consilio, ut ex intellectis perspiceres, meam in reliquis interpretandi rationem, æquo ubique studio & fide adhibitam. Porro scias, quamvis hic legum ecclesiasticarum loca & lemmata utramque paginam faciant, me tamen pro studiorum meorum simplici captu præsens argumentum historice tractasse non juridice, observato tantum bono ordine & dictionis perspicuitate, quibus secun-*

ſecundum fidem, rerumque veritatem, nihil mihi prius eſt. Denique nec tibi amice lector mirum eſſe velim, quod Latino cultu, non Danico ut hodie pleraque noſtra, in ſcenam prodeat hoc opuſculum, cum illud non modo noſtratium uſibus deſtinarem, ſed etiam exterorum, nobiſcum patrias antiquitates communi ſtudio colentium; alioquin ſciens, quod ex hujusce libelli lectione uſum aliquem vel delectamentum plebs noſtra vix capiat; de meo ſyntagmate, ante ſeſqui annum edito, idem dictum eſto. Altera acceſſit ratio, quod ſermone academico ſcribere propemodum neceſſe haberem, debitum ſoliturus almæ qua alor ſtipi, cujus etiam impendio, ſupremi magiſtratus auctoritate, ampliſſimique ſenatus academici & mandatariorum interventu benigniſſimo, tam hic ipſe quam alter ille tractatus lucem publicam viderunt.

Brevis

Brevis Consignatio.

Quæ codices hic allegatos, maxime manu scriptos sistit, & siglas, quibus plerique notantur, simul explicat.

JURA NORVEGICA.

Kb. G. Kristindóms-bálkr Gulaþíngslaga, anno circiter 1020 evulgavit Olavus Sanctus Norvegiæ rex.

Kr. H. Kristinn rettr Heiðsæfislaga, ejusdem vel paulo inferioris ætatis

Kr.

Kr. V. Kristinn rettr Víkveria, ante seculi XII. trigesimum annum prodiisse creditur. Præter codices mihi antea notos, splendida illustrissimi Dn. P. F. Suhmii bibliotheca videndum nuper obtulit hujus constitutionis exemplar, licit cæteris paullo brevius, melioris utique notæ, quod una cum Joannis archiepiscopi jure ecclesiastico, & aliis veteris Norvegiæ legibus continetur in terso codice membranaceo, nuper à Norvegia delato, quem Tunsbergensem vocant, qvod ab antiquo Tunsbergi asservatus sit.

Kr. F. Kristinn rettr Frostoþings laga, quidam Eisteino (Osterio), secundo Norvegiæ archiepiscopo, assignant, qui obiit 1183.

Kr. Sv. Kristinn rettr Sverris Konongs, plus minus decennio junior.

Kr. J. Kristinn rettr Jóns erkibiskups seculo XIII. ad finem vergente scriptum, cum Joannes anno 1271 archiepiscopus creatus, & 1286 mortuus sit.

Kr.

Kr. M. Kristinn rettr Magnusfar Konungs lagabœtis, proxime recensito juri fere coævum.

Sc. E. Scipan Eylifs erkibiscups medium feculi XIV ætate superat, auctor enim infulam archiepiscopalem, accipit anno 1309.

Agr. H. t. Agrip heilagrar trúar, fere eodem tempore ab episcopo Norvego scriptum esse stilus arguit. His addenda

Membrana de Matrimonio latine scripta (vid. Synt. de Bapt. prolegg. §. XVIII.) hujus canones, saltem ex parte, apud nos valuisse quondam & vim legis habuisse videntur, quod eodem volumine præcedant Romani pontificis responsa quibusdam ecclesiarum borealium antistitibus missa.

JURA ISLANDICA.

Gg. Grágás, anno 1118 literis mandari cæpit, ex hujus libris citantur.

Kb.

Kb. Kristindóms balkr, de re ecclesiastica.
Þþ. Þíngscapar þáttr, jus processuale.
Kv. g. Kvennagiptingar, de matrimoniis.
Vigsl. Vigslóði, jus criminale de caedibus.

Kr. Þ. Kristinn rettr Þorláks oc Ketills, anno 1122 prodiit.

Kr. A. Kristinn rettr Arna biskups, anno 1275. vulgatum.

Bref Eyriks erkibiskups til Islendinga, hujus epistolæ auctor anno 1184 ad archiepiscopi dignitatem evectus est.

Hóla biskupa Skipanir, Episcoporum Holanorum statuta, in codice pergameno: his verbis incipiunt: Jnafni Guds amen, voro þvilík bodord skiput af herra Jörundi, Laurentio oc Agli Hóla biskupum i. e. *In nomine Dei amen, haec mandata sancita sunt à Dn. Jörundo, Laurentio & Egillo episcopis Holanis.* Horum ultimus circa annum 1340 floruit.

Sampykt Odds biskups Einars sonar.

Frag-

Fragmentum Membranaceum. De plerisque illis tam Norvegicis quam Islandicis legibus plura dixi Syntagmate Bapt. in prolegomenis, quae vide.

JURA SVECICA.

Qvorum leges ecclesiasticas laudavi.

Ll. Landslaghen.

Wg. l. Wästgöta laghen.

Wm. l. Wåstmanna laghen.

Hl. Helsinga laghen.

Dl Dale laghen.

Gamla Stadgar. Omnia simul & eodem libro edita sunt.

Smalands laghen, quod incipit: Guz friþer oc Sancte Marie vari med us hiit komandi oc håthan farandi. i. e. *Pax Dei sanctaeque Mariae sit nobiscum advenientibus & discedentibus.* Exemplar membranaceum, quod videndum obtulit bibliotheca publica, plus parte dimidia mancum est; in Syntagm. de Bapt. vocavi J. E. Scanicum;

b nunc

nunc vero didici Smalandicum esse, docente & probatum dante M. Celsio, qui jus illud versione latina ornatum edidit, vide acta Sveciæ literaria ad ad annum 1732, ubi monumentum hoc integrum legitur, inter alia habens quædam de baptismo infantum, & plura hujus commatis, à me nondum observata, licet observatu dignissima, quæ vero cum supplementis aliis, per commodum, addere & edere constitui.

HISTORICA.

H. s. g. Hákonar saga gamla.
H. k. Heimskringla.
J. ss. Jarla sögur.
Jatv. s. Játvardar saga ens helga.
J. s. h. Jons saga helga Hóla biskups.
Lafr. s. Lafrans saga Hóla biskups
Mar. s. Mariu meyar saga.
N. s. Niála eda Niáls saga.
Ol. s. T. Olafs saga Tryggvasonar.
Ol. s. h. Olafs saga hins helga.

St.

St. f. Sturlunga saga.
Þorl. f. Þorláks biskups saga ens helga.

His adde.

Erici Sancti Sveciae regis vita, à Scheffero edita.

Messenii Svenska Riim Krönikan sive chronicon rhythmicum, à Joh. Hadorsio editum 1674.

Quos civitavi scriptores alios impressos, mitto, vel solo nomine satis cuique notos.


Con-



Conſpectus capitum.



CAP.



CAP. I.

De natura & antiqvitate cognationis ſpiritualis in genere.

Synopſis.

§. 1. Inſtitutum. §. 2. Quid ſit cognatio ſpiritualis. §. 3. Quando primum ficta. §. 4. Senſim aucta. §. 5. Eccleſiæ noſtræ innotuit cum fide chriſtiana.

§. I.

Hoc mihi thema pertexturo eum ordinem & inſtitutum ſeqvi viſum eſt, ut primum conſideretur cognationis ſpiritualis antiquitas, oc-

caſio, extenſio; quibus expoſitis, porro dicam de hujus uno & altero effectu, de ejus violatione, & violatæ poenis, de incommodis hinc naſcentibus, eorumque medelis, cum aliis quæ hujus loci ſunt.

§. 2.

Cognationis ſpiritualis vocabulo (*a*) intellige imaginariam illam neceſſitudinem, quam juxta ſuperſtitioſæ antiquitatis ſententiam, certa in ſacris quibusdam actibus relatio & officia inter hos vel illos conciliarunt. (*b*)

(*a*) Latina eccleſia vocavit *ſpiritualem cognationem, parentelam ſacram*, cet. Græca τὴν κατα πνεῦμα οἰκειότητα. Binghami Origg. Eccl. lib. XI. cap. 8. in noſtris monumentis vocatur andlig frændſemi *ſpiritualis cognatio*, & frequentiſſime gudſifiar *divinæ affinitates*, ſive gudſif-ia-lag *divinarum affinitatum foedus*; inde nobis gud-ſifi & Anglo-Saxonibus godſibbe *Vir ſpiritualiter cognatus*, gudſifia *fæmina ſpiritualiter cognata.*

(*b*) *Cognatio ſpiritualis* alioquin venit (A) *ſenſu theologico*, extendens ſeſe ad omnes Chriſtianos, quatenus unum habemus patrem cæleſtem, matrem-

temque eandem ecclesiam. (B) *sensu ecclesiastico*, cum specialiter ad docentes & discentes refertur, ita ut pro diversa relatione hic ejus in Christo frater, pater vel filius audiat: hoc respectu Bonifacius Germanorum apostolus, in epistolis suis, alicujus sacri muneris consortes, sive viros sive mulieres, plus semel salutat fratres & sorores spirituali necessitudine sibi devinctos. (C) *Sensu morali* sive *politicò*, quando quidem ille quibusdam innatus & arcanus voluntatum studiorumque consensus, *cognatiò spirituum & unio animorum*, non de nihilo vocatur. vid. B. Gratian l'homme de cour. max. 44. (D) Hoc loco cognatio spiritualis, *sensu legali & canonico* sumta, fictum quoddam carnalis consangvinitatis simulacrum est. confr. cap. II. §. 1. sequ. ubi de hac cognatione ejusque speciebus determinatius & distinctius agendum.

§. 3.

Quod plerisque deficientis ecclesiæ dogmatibus, id quoque cognationi spirituali accidit, videlicet ut erronea ejus opinio, ab exiguis initiis nata, sensim crudesceret, viresque novas indies sumeret: primævus quidem christianismus baptistam & sponsorem patres spirituales, baptizatum vero spiritualem filium salutavit, (a) unde seculo

tertio quidam imaginari coeperunt qualemcunque inter hos esse spiritualem cognationem. (*b*)

(*a*) Ostendente ex scriptoribus sacris & ecclesiasticis Boehmero, in J. E. Protestantium, tomo IV. lib. IV. tit. XI. §. 4.

(*b*) Seculi tertii doctor Origenes divo Paulo cum Lucio Jasone & Sosipatro sacram ex baptismi ministerio necessitudinem fuisse inde collegit, quod eos apostolus, ad Rom. XVI. 21. cognatos suos vocat: *Quam* (inquit Origenes) *cognationem vel consanguinitatem arbitror esse ex baptismo contractam*: ad quæ Origenis verba recte Boehmerus l.c. *Quamvis fallatur Origenes, palam tamen est cognationis spiritualis ex baptismate deductam doctrinam hoc tempore decantatam fuisse.* Concilii Nicæni canonem de spiritualiter cognatis, ad quem provocant Pontificii, falsum & adulterinum esse constat inter eruditos. vid. cap. VI. §. 3. (a).

§. 4.

Primum seculo quinto fingebatur matrimonium inter patres filiosque spirituales cognatione lustrica impediri; (*a*) septimum vero seculum majore rigore ursit

urſit hanc ſententiam, & ad plures gradus caſusque prohibitos extendit. (*b*)

(*a*) Spiritualiter cognatos nuptiis coëuntes ſacra profanis miſcere primus ſenſit Juſtinianus imperator, ejus verba legeſis infra cap. VI. §. 3. (*a*)

(*b*) Si quando alias, hoc maxime tempore, in pejus ruit c. ſ. doctrina, cum Trullana ſynodus & multiplicaret hujus gradus prohibitos, & iniquas poenas tranſgredientibus irrogaret.

§. 5.

Cum ergo tot retro ſeculis Romana eccleſia parentelam ſacram crediderat, illa procul dubio hoc ſuum dogma ſtatim cum fide chriſtiana noſtris majoribus tradidit, ut mirum minime ſit, quod auctores noſtri, de primo apud nos chriſtianiſmo ſcribentes, id genus cognationis mentionem toties moveant. (*a*)

(*a*) Tales ſunt Hk., Ol. ſ. h., Knytl. ſ., Ol. ſ. T. cum aliis.

CAP.

CAP. II.

De ſpeciebus cognationis ſpiritualis, occaſione varia natis.

Synopſis.

§. 1. C. ſ. ex baptiſmo & confirmatione. §. 2. Ex poenitentia. §. 3. Ex officiis ſponſorum. §. 4. Ex detractione veſtis albæ & vittæ confirmatoriæ. §. 5. Ex catechiſmo. §. 6. Non omnes c. ſ. ſpecies ab exteris. §. 7. Nec in noſtris eccleſiis ſimul & ubique notæ.

§. I.

A cognationis ſacræ cauſis & occaſione ut ordiar, ei contrahendæ fores primo aperuerunt miniſtrorum eccleſiæ quædam ſacra officia, quæ qui dedit, accipienti ſpiritualiter cognatus fiebat (*a*) nimirum baptizato qui eum baptizaverat,(*b*) confirmato qui eum confirmaverat, (*c*) & matronis, qui eas poſt puerperium in ædem ſacram introduxerat. (*d*)

(*a*) Tot cum eſſent cognationis ſpiritualis cauſæ, forte quisquam inducetur ut credat, hanc ſeptem Romanenſium ſacramenta dantem inter & accipien-

pientem constituisse, verum, ut mox docebo, res secus habuit sese apud veteres, qui tribus primis, non reliquis sacramentis suis, talem effectum tribuunt, contra huc referentes sacros alios actus, septem sacramentis non annumeratos. Nec me judice satis accurate scribit summus Boehmerus, l. c. §. 2. parentelam sacram per negotia ecclesiastica, ubi aderant patrini, contractam, cum hæc interdum proficisceretur ex sacris ministeriis, quæ præter administrantem, nullos patrinos vel parastatas antiquo more postularunt.

(*b*) Ubi baptizatis cum baptizantibus spiritualem necessitudinem fuisse dicunt ll. veteres, tam laicos, extraordinarios baptismi ministros, intelligunt, quam ipsos pastores, qui enim, secundum logicos, indefinite loquuntur, universaliter sunt intelligendi; nominatim de sacerdotibus cavet Kr. A 21. Prestar eiga guðsisiar við þau börn öll er þeir scíra, oc við öll þeirra feðgin. i. e. *Sacerdotes spiritualem cognationem habent cum omnibus infantibus quos baptizarunt, & cum omnibus eorum parentibus.*

(*c*) Episcopum suis confirmatis cognatum fuisse, docet cum aliis Agr. h. t. cujus verba habes cap. III. §. 2. (c)

(*d*) Ministrum cum matronis hac occasione in cognationem spiritualem venisse, quod ne verbo quidem tangit Gratianus, pro nostra ecclesia testa-

tur Kb. G. tit. 25. vid. §. 4. c). Cæterum quamvis apud veteres hoc & prius cognationis spiritualis genus rarius nominetur, & quidem propterea, quod utrumque ad clerum caelibem pertineat, nihil tamen obstat, quominus hos canones olim in commune notos & observatos fuisse credamus.

§. 2.

Præter hos tres casus, ut videtur, etiam veterum judicio cognatio spiritualis eos inter extitit, qui ritu ecclesiastico privatim absolverunt, & qui absoluti sunt. (*a*)

(*a*) Quantum ad ecclesiam externam, de cognatione inter confessarium & confessorem, clare satis Gratianus c. 8. C. 30. q. 1. *Omnes quos in poenitentia suscepimus, ita nostri sunt spirituales filii, ut ipsi quos, vel nobis suscipientibus, vel trinæ mersionis vocabulo mergentibus, unda sacri baptismatis regeneravit.* Nostri item majores an tali casu cognationem spiritualem observarint, forte quis in dubium vocabit, quod ll. ecclesiasticæ poenitentiarios in spiritualiter cognatis nuspiam numerent; verum quod modo dixi, hic quoque tenendum, affinitatem illam cum ecclesiæ ministris habitam, non expressis ubique verbis moneri, quod ob eorum coelibatum vix esset neces-

necessarium, certe dictum cognationis genus oblique respiciunt Constitt. Lundenses, quando episcopi absolutionem præscribunt *illi, qui fornicatur cum ea quam baptizaverat, aut quam confitentem audiverat*, hic enim comparantur & parem subeunt poenam, baptizatus qui suam baptizatam, & confessarius qui suam confitentem stuprarunt, quod hic non secus ac ille in cognationem spiritualem peccasse censeretur. confr. cap. VII. §. 1. sequ. immo sunt integrum nemini fuit suos baptizare pueros, idque ob cognationem hoc pacto inter conjuges orituram, vid. cap. IV. §. 2. 3. ita nihil aliud quam eadem sacra cognatio, ex confessione auriculari resultans, impedivit qvominus quisquam sacerdos uxori suæ a confessionibus esse posset, quam ecclesiæ catholicæ observantiam subindicat, & quadantenus rejicit Ottonis Einaris episcopi Skalholtini evangelici actus quidam synodalis, ubi legimus: Prestar mega so vel hugga sinar egin-kvinnur, í heimuligum skripta málum, eptir Guðs vilia sem aðra menn, oc ecki siðr, enn þó er eigi forboðit at halda gömlum siðvana þar um, so einn nálægr prestr kallis þar til, ef so syniz. i. e. *Sacerdotes prorsus aequo jure, tam uxores suas quam homines alios in privatis confessionibus consolari possunt, secundum Dei voluntatem, quo tamen non prohibitum est circa haec antiquam consvetudinem servari, ut ad illud officium arcessatur vicinus aliquis sacerdos, si ita visum fuerit.*

§. 3.

Pari ratione patrini cognationem ſacram inibant cum filiis ſuis initialibus, hoc eſt iis omnibus, quos vel in prima ſignatione (*a*) baptiſmo (*b*) aut actu confirmationis (*c*) obtulerant initiandos.

(*a*) Hialro Skeggius Islandus, Runolfum quendam, ante ſacrorum gentilium præſidem, in prima ſignatione offerens, cum ipſo cognationem ſpiritualem hac occaſione contraxit, Ol. ſ. T. p. 245. De prima ſignatione, qualis actus fuerit, vid. de Bapt. cap. V.

(*b*) Apud exteros, & forſan in noſtra quoque eccleſia, mos olim obtinuit, ut patrinus veſtem luſtricam, poſtquam eam recens baptizatus induerat, extremis digitis tangeret, quo ipſo momento hos inter cognatio ſacra oriebatur, ſive hoc jam ad ſacrum fontem præſens baptiſmi teſtis faceret, ſive deinceps alius quisquam abſens, cui hæc ſacra veſtis propterea mittebatur, ut per ejus tactum baptizati ſponſor & compater fieret, docentibus Jo. R. Engau, Elem. J. can. lib. I. §. 303, & Boehm. J. E. Proteſt. lib. III. tit. XL. §. 33. *Haec*, inquit, *ſuſceptio & apprehenſio*, (i.e. tactus veſtis albæ) *adeo neceſſaria erat, ut ſine ea neceſſitudo ſpiritualis non contraheretur, qua de cauſa, ſi abſentes patrinorum locum ſubire debebant, linteum album ſolebat iis transmitti, ut præ-*

præſentes baptizandum ſuſcepiſſe viderentur. Et lib. XV. tit. XI. §. 11. ex Baſilio Pontio. *Ut ſuſceptor contrahat vinculum, ſatis eſt ut tangat baptizatum vel confirmatum, medio veſtimento, nec neceſſarium eſt ut reſpondeat ad ea quae intorrogantur.*

(*c*) Illa triplex inter patrinos, eorumque profilios cognatio, pasſim in ſequentibus commemorabitur, hic omnium inſtar erit. Kr. V. 15. Þær ero þriár guðſifiar er allar ero iafndyrar; frændſemi ſú er æin at halda barni undir primſignan. Annor at hefuia barn or hæiðnum dómi, þridia at halda barni er biſkup færmir. i. e. *Tres ſunt divinae affinitates, quae omnes ſunt aeque momentoſae, prima illorum eſt qui infantem in prima ſignatione ſuſtinent, ſecunda illorum, qui eum ab ethnicisſino tollun', tertia horum qui puerum tenent ab epiſcopo confirmandum.*

§. 4.

Etiam illi qui baptizatis veſtem luſtricam detrahebant (*a*), & poſt confirmationem vittam illam ſacram ſolvebant (*b*), cum initiatis ſimilem ac patrini necesſitudinem ſibi conciliarunt. (*c*)

(*a*) De

(*a*) De veste alba & ejus quondam vario usu prolixius egi de Bapt. cap. VIII.

(*b*) De vitta confirmatoria vide ibidem cap. XIV. §. 3.

(*c*) Hæc duo cognationis sacræ genera supra dictis addit Kb G tit. 24. Gudsifuiar ero sex, er ver skulum þyrmaz við, sva sem frændkonum varum, nú es þat æin at halda barni undir primsignan, önnor at taka yr vatne, Þriðia at færa or hvíta vaðom, fiórða at halda undir biscups hönd, fimta at leysa færmi-dregil, setta at læiða í kirkiu. i. e. *Sextuplæ sunt divinæ cognationes, quibus parcemus, sicut mulieribus consanguineis, primam contrahit, qui puerum in prima signatione sustinet, secundam qui ex aqua suscipit, tertiam qui veste alba exuit baptizatum, quartam qui sub manu episcopi tenet, quintam qui taeniam confirmatoriam solvit, sextam qui in templum introducit.* Accedit Kr. S. lib. II. tit. 8. Þær ero gudsifviar fyrstar ef madr hældr manni undir primsigning, þær ero aðrar gudsifviar, er hældr undir vatn, þær ero þriðiu gudsifviar, er færir or hvíta vaðum, þær ero fiorðu er hældr undir biscups hönd, þær ero fimtu, er löysir drægil af enni, þær ero allar iafnar gudsifviar. i. e. *Prima sacra cognatio est, si quis hominem tenet in prima signatione, secunda si quis tenet sub aqua, tertia si vestem albam detrahit, quarta si tenet sub episcopi*

scopi manu, quinta si frontis taeniam solvit, cognationes illae omnes aequales sunt.

§. 5.

Denique inter causas hanc necessitudinem creantes passim refertur catechismus, (a) quod tamen c. s. genus scias novum non esse, sed idem quod nostri majores à prima signatione fluere docuerunt (b), hic enim per catechismum non tantum baptismo prior catechesis intelligitur; sed simul reliqua præparatoria, quæ nostri primam signationem vocarunt. (c)

(a) Ex catechismo cognationem oriri vult Membrana illa nostra de matrimonio: *Per trina sacramenta tantum contrahitur cognatio spiritualis per catechismum, baptismum & confirmationem.* Cave intellexeris catechesin apud nos baptismo posteriorem, quæ cognationem nullam peperit, alioquin auctores nostri ad unum omnes hoc monere non omisissent; sermo itaque est de catechismo ante baptismum, ut aperte Bonifacius VIII. c. 2. h. t. in 6. *Per catechismum, qui præcedit baptismum, sacramentorum fundamentum & januam reliquorum, cognatio spiritualis contrahitur.*

(b) Hanc

(*b*) Hanc catechismi & illam primæ signationis cognationem unum & idem fuisse dico, qui enim dogmata sacra tradidit baptizando, is idem ad solennitates baptismo præmissas hunc offerebat, quod duplex officium externa ecclesia fere conjunxit, & uno nomine vocavit *Ministerium christianitatis & pabulum sacrati salis*, ex quo non duæ, sed una cognatio resultavit, videsis c. 1. C. 30. q. 1. ad quem locum Boehmerus: *Pabulum sacrati salis vocabatur primum catechumenorum scrutinium, in quo, sacrato sale in os infuso, pascebantur competentes, - - - - - - - ad hoc scrutinium ducebantur per patrinos, cum quibus cognatio spiritualis contrahebatur.*

(*c*) *S*yntagma de Bapt. cap. V. §. 1. (a).

§. 6.

Non dubito quin nostri majores tot & tam variis modis cognationem spiritualem nasci statuentes, reliquæ occidentalis ecclesiæ leges ante oculos habuerint, saltem quatenus hæc eandem praxin & institutum servavit. (*a*)

(a) Licet quoad plerasque de contrahenda c. s. cautiones exemplo suo nostratibus præirent exteri, tamen ecclesia nostra in quibusdam sibi propriis casibus hunc nexum oriri docuit, e. c. puerperarum receptione in templum, vestis albæ detractione, vittæ confirmatoriæ solutione. Ubi an externa ecclesia parentelæ sacræ locum fecerit, non liquet; nec id quidem mirum, cum noster quon-

quondam magistratus à curia Romana non adeo dependerit, quin sibi permitteret multas regulas & ritus auctoritate propria fingere, quæ à pontificibus probata fuisse nuspiam legimus.

§. 7.

Quamvis constituendæ cognationi spirituali tot caussas & occasiones fuisse dixerim, tamen non credo hanc per omnes illos casus semper & ubique contractam esse (*a*), cum a vero minime abhorreat, quod diversa loca & tempora, ut alias, ita hoc quoque intuitu, praxin & leges nonnihil diversas habuerint. (*b*)

(*a*) In hanc sententiam me trahit magnus ll. nostrarum dissensus, quarum multæ proprias & peculiares necessitudinis lustricæ causas afferunt, non in universum notas, sic verbi causa ex detractu vestis albæ & vittæ confirmatoriæ solutione c. s. derivant Lb. G. & Lr. S. quod tamen institutum volorem & assensum communem non habuisse videtur, cum ejus mentionem non faciant ll. reliquæ, aliive scriptores.

(*b*) Quod diversa loca, vel eodem tempore, in multis de cognatione spirituali diverse senserint, in dubium vocari non sinunt canones & capitula, quoties de rebus huc pertinentibus nihil certi definiunt, sed juxta diversum cujusque ecclesiæ particularis usum omnia fieri jubent, inter alia vid. cap. 1. X. hoc titulo.

CAP.

CAP. III.

De cognationis ſpiritualis extenſione.

Synopſis.

§. 1. C. ſ. in primo gradu non ſubſtitit. §. 2. In tres ramos extendit ſe. §. 3. Unde tres ejus claſſes. §. 4. C. ſ. nuptiis prior ad novum nuptum non pertinuit. §. 5. Nec ſemper illa nuptiis poſterior ad utrumque conjugem. §. 6. Fraternitatis diverſa extenſio. §. 7. C. ſ. anguſtior carnali. §. 8. Ejus gradus propiores & remotiores. §. 9. Nulla mutua c. ſ. inter patrinos vel initiantes.

§. 1.

Mutuus ille nexus, quem cum initiato baptiſmi aliorumque ſacrorum actuum miniſtri & adminiſtri, prout dictum eſt, inibant, in plures quoque gradus dimanavit (*a*), adeo ut horum proximi affines & cognati eodem ſpirituali vinculo jungerentur. (*b*)

(*a*) Cognationem ſacram initiali cum patrino intercedentem duntaxat novit ſeculum ſextum, ut ex

ex Digeſtis Juſtiniani oſtendit Boehmer *l.* c. §.6, at ſequentium temporum paulatim gliſcens ſuperſtitio, alios quoque cognationis gradus hoc nexu teneri voluit.

(*b*) De cognationis ſpiritualis extenſione, qualis & quanta ſit, leges noſtræ conveniunt; cum tamen reliqua occidentis eccleſia ſuper hoc nunc ita, tunc aliter ſentiat; quin fuere qui cognationem ſacram juxta cum carnali æquum ambitum habere voluerunt, verum cui ſententiæ nec uſus uſquam receptus, nec ipſi canones conſentiunt. Boehm. l. c.

§. 2.

Hæc ut diſtinctius tradantur, juxta communem & conſtantem legum noſtræ veteris eccleſiæ conſenſum, perſonæ ſequentes in c. ſ. venere, primo parentes hominis initiati, cum hujus utroque compatre, (i. e. initiante & patrino), eorumque uxoribus (*a*), ſecundo ipſe filius initialis cum ſuis compatribus, & horum uxoribus (*b*), tertio idem initiatus cum ſuorum compatrum filiis (*c*).

(*a*) Cognationem ſpiritualem parentibus pueri & patrinis mutuam monſtrat Fragm. Membrana-

 ceum.

ceum. Þeir menn sem á barni halðit hafa unðir biscups hönð, ero í guðsifium við barnit, feður oc mæður barnanna. i. e. *Homines illi qui sub manu episcopi puerum tenuerunt, cum puero & puerorum patribus & matribus in affinitate spirituali sunt.* adde Kr. A. & Kr. J. ex nota sequ.

(*b*) Compatris sacra cognatio, sive mariti sive uxoris, ad hujus conjugem vel socium tori semper transiit indirecte. Kr. J. Hælðr maðer barni manns til skírnar, þá á faðir barns, oc sva móðir oc sva barnit guðsifiar við konu þess er barni hælðr til scírnar, þó at hon hafi eigi á barni haldit, þá er þat var scírt; slíkar guðsifiar verða oc þar sem maðer hælðr barni unðir biscups hönð. i. e. *Si quis puerum tenet in baptismo, pater pueri & mater ipseque puer cognationem spiritualem contrahunt cum patrini uxore, licet haec ipsa non teneret infantem cum baptizaretur; similis oritur spiritualis cognatio, ubi quisquam infantem tenet sub manu episcopi,* Interim observa quod hæc cognationis sacræ communio tantum contracto jam matrimonio interveniret, teste Kr. A. Helðr maðr barni til scírnar eða unðir biscups hönð er han fermir, þá á faðer oc móðer barnsins, oc svo barnit, guðsifiar við eigin konu þess manns, eða bónda þeirrar konu sem heldr á barni, því þau eru sem einn maðr bæði, ef þau hafa áðr líkamliga saman komit. i. e.

Si

Si quis puerum tenet in baptismo, vel sub manu episcopi quando confirmat, tunc pater & mater pueri, sicut ipse puer, cognationem spiritualem ineunt cum uxore ejus viri vel marito ejus mulieris qui puerum tenuerunt, nam ut unus homo considerantur, si modo antea carnaliter congressi sunt. vid. §. 4.

(*c*) Naturales & spirituales compatris filios jungi cognatione sacra docet Fragm. Membran. Þeßi bǫrn sem biskupit hafa verit, oc þeirra manna bǫrn, er á þeim haldit hafa, ero systkin andlig sin á millum, oc því láti hverr maðr segia sinu barni, þegar skynsemdar alldr hefir, til þeß er á því hefir haldit. i. e. *Pueri etiam qui confirmati sunt & eorum, qui hos offerebant, filii sunt inter se fratres sororesque spirituales, quare unusquisque scire faciat filium suum ad aetatem intelligentiae venientem, qui eum susceperit.* Accedit Agr. h. t. ubi totus cognationis sacræ ambitus ante oculos ponitur. Hinn fyrsti sifskapr værðr millum þeß er skírðr er, oc allra þeirra sem á halda, hvert sem þeir ero flæiri eða færri; annar millum þeß er skírðr værðr, oc barna þeß sem á hældr, hvart sem þau ero æigtbinkonu bǫrn eða frillu; þriðie værðr millum þeß er skírðr er, oc æigthinnar konu eða æighins bónda þeß er á hældr, þa sem áðr hǫfðu í kast saman komit; fiórði oc hinn fimti millum þeß er á hældr, oc fǫðr oc móðr þeß er skírðr værðr; hinn setti

 millum

millum þeſs er ſkírðr værðr oc hins er ſcírði; hinn ſeaundi millum þeſs er ſcirdr værdr oc barna hins er ſcirði; hinn áttunde millum þeſs er ſcírðr værðr oc æighinnar konn þeſs er ſcírði, þá ſem hann hafðe áðr í kaſt við komit; hinn níundi oc hinn tíundi millum þeſs er ſkírir, oc fóðr oc móðr þeſs er ſcírðr værðr. Með ſómum ſim háttum værða guðſifviar millum þeſs er haldinn værdr undir biſcups hǫnd, oc þeſs ſem á hældr, oc hans konu oc barna; er oc með ſómu ſim háttum millum þeſs er biſcupar, oc þeſs er biſcupaðr værðr. i. e. *Prima cognatio fit inter baptizatum & omnes qui in baptiſmo illum tenent, ſive plures fuerint ſive pauciores; ſecunda inter baptizatum & ſuſceptoris filios, tam ex legitima uxore quam ex concubina natos; tertia inter baptizatum & uxorem vel maritum ſuſcipientis, ſi in anteceſſum congreſſi fuerint; quarta & quinta inter ſponſorem* (vel ſponſoris uxorem) *patremque & matrem baptizati; ſexta inter baptizatum & baptizantem; ſeptima inter baptizatum & baptizantis liberos; octava inter baptizatum & baptizantis uxorem, antea ductam; nona & decima inter baptizantem* (vel baptizantis uxorem) *patremque & matrem baptizati: iisdem quinque modis is qui ſub manu epiſcopi tenetur, cum patrino ſuo uxoreque ejus & liberis cognationem ſacram ingreditur; nec non totidem ſimilibus modis cum confirmante qui confirmatus eſt.*

§. 3.

§. 3.

Ex tanta cognationis ſpiritualis diffuſione ejus triplex genus naſcitur: primum patrem carnalem jungens patri ſpirituali, audiit compaternitas (*a*); ſecundum genus paternitas, inter compatrem & initiatum; & denique tertium fraternitas, quæ cum compatrum filiis initiato interceſſit (*b*). Compaternitas iterum & paternitas, ſi ipſum initiantem ſive patrinum immediate tetigit, directa dicebatur, ſin mediate horum uxores, indirecta (*c*).

(*a*) Nimirum compaternitas ſtricte, nam paſſim omnis cognatio ſacra compaternitas lato ſenſu dicitur. Parens pueri hujusque patrinus alter alterum ſalutarunt compatrem, quo etiam nomine initialis patrem ſpiritualem honoravit.

(*b*) Talem c. ſ. diſtinctionem ſecundum diverſos ejus gradus inſtitutam agnoſcit Engau Elem. J. C. lib. II. §. 130. ſic & codex membranaceus de matrimonio. *Species cognationis ſpiritualis tres ſunt, una dicitur compaternitas, quæ attenditur inter patrem ſpiritualem pueri & carnalem; alia dicitur paternitas, & hæc inter illum qui ſuſcipitur, & eum qui ſuſcipit; tertia fraternitas, quæ inter filium ſpiritualem & filios tuos carnales.* Similiter

 diſting-

distingvit tit. Kr. Þ. 40. Guðsifiar eru þre-
faldar, hin fyrsta er í millum þess barns
er skírt er, oc þess er skírir, eðr því hældr
til skíringar, aðrar guðsifviar ero millum
þess er barn skírði, eðr til skíringar hældr,
oc feðgina barnsins, priðiu ero í millum
barnsins er skírt er oc barns þess er skírði
eðr til skíringar hældr. i. e. *Cognatio spiritualis triplex est, prima inter infantem baptizatum & eum qui baptizat vel in baptismo tenet*, (en paternitas); *secunda inter baptizantem, vel in baptismo tenentem & infantis parentes*, (en compaternitas); *tertia inter infantem baptizatum, & baptizantis vel in baptismo tenentis liberos*, (en fraternitas). Compaternitas & paternitas nostris vocatur andligt faðerni. Synt. de Bapt. cap. VI. §. 13. (a). sic fraternitas andligt bróderni dici poterit, quamvis ἀκυρῶς.

(c) Membr. de matrimonio. *Duæ sunt species compaternitatis* (& eodem jure paternitatis), *una directa, scilicet cum ego suscipio de sacro fonte filium personæ, vel ipse meum, alia indirecta, quando unus conjugum, postquam sunt una caro, filium aliorum suscipit, in hoc casu ambo parentes infantis, compatres efficiuntur, etiam alteri conjugum, qui non suscipit, quia communicant sibi conjuges actiones.* Fuisse & aliam compaternitatem indirectam ab hac diversam videbis §. 5. (a)

§. 4.

§. 4.

Cæterum compaternitati indirectæ non erat locus, ubi quisquam ante suas nuptias in sacram venit cognationem, sive patrinus cum suo initiali ejusque parente, sive vicissim parens cum filii legitimi vel illegitimi patrino, novus enim nuptus vel nupta hujus prioris parentelæ participes non fiebant (*a*).

(*a*) Hic generalis olim obtinuit regula: *Per unionem carnis sequentem non transfertur quis ad unionem spiritus præcedentem*, ut cum c. 5. C. 30. q. 4. nostra quoque membrana de matrim. habet; apertis item verbis hoc monet Sachsen-spiegel sive Sachsisches Landrecht (i. e. *vetus jus Saxonicum circa annum Christi* 1240 *scriptum*) ubi lib. III. art. 27. in glossa, edit. Dresd. 1553. Die deines gegatten gevater zuvor war, ehe er dein gegatte (male gevater) ward, die wird damit dein gevater nicht, ob du seinen gevater darnach nimpst. i. e. *Quae in antecessum commater fuit conjugis tuae, priusquam haec conjux tua fieret, illa non propterea tua fit commater, si vel maximè commatrem ejus deinde duxeris*. Ubi verba ehe er dein gevatter ward, mendosam esse lectionem oportet, cum nec sensus ejus nec constructio reliquo contextui satis congruat.

§. 5.

Si vero factis jam nuptiis privignus sacris initiaretur, vel etiam nothus, ex adulterio genitus, tunc parentis & patrini suborta compaternitas sæpius ad conjugem alterum, sive vitricum sive novercam, indirecte transiit; (*a*) licet diversa quoque sententia se nonnullis probaret, qvippe qvi ad uxorem vel maritum nullam propagari cognationem statuerunt per conjugis alterius filios sacris initiatos (*b*).

(*a*) En novum compaternitatis indirectæ genus, quod utervis pueri baptizati parens viro uxorive suæ communicavit, prout mihi persvadent verba Nicolai papæ (can. 1. C. 30. q. 4) qui absolutè & nullis expensis circumstantiis, statuit *virum compatrem constitui illi mulieri cujus, matrimonio assumta uxor, commater esset.* Idem colligi posse videtur ex veteri jure Saxonico, ubi l. c. (ex edit Lips. 1732.) So unter zweyen eheleuten eines eins ander mannes gevatter wird, dasselbige wird dann zugleich seines ehe-gemals gevatter auch. i. e. *Si parens alteruter cujusqvam hominis compater constituitur, tunc idem simul uxoris ejus compater fit.* Si vero locis citatis viri cum uxoris filiola hujusve matre cognationem intelligi malis, audi denique Goffredum, cujus disertum pro me testimoni-

monium affert Caelestinus V. papa, in suo opusculo octavo part. VI. cap. 17. *Habeo* inqvit *filium de prima uxore, hunc suscipis de sacro fonte, & per hoc efficeris mihi & uxori meæ secundæ, cum qua contraxi & matrimonium consummavi, compater, nam antequam consummavi matrimonium per carnalem copulam cum secunda, si levetur filius meus ex prima uxore genitus de sacro fonte, hæc compaternitas non communicatur uxori meæ secundæ.* Rectius pellicis filium noster exemplo dedisset, ex hac enim novus nuptus, vel quilibet uxoratus, filium sacris initiandum habere potest, non item ex priori matrimonio, nisi bigamus novæ uxoris connubium eodem die celebret qvo primæ funus; vel saltem filii baptismum ultra secundas nuptias differat; de viduâ, postquam renupsit, rem secus comparatam esse facile capis.

(*b*) Testem habeo nostram de matrimonio membranam, infra citandam (cap. VI. §. 7. c.) hujus enim judicio sacram cum patrino prigvigni post nuptias nati necessitudinem conjux à conjuge non contraxit.

§. 6.

Fraternitatis spiritualis gyrus pro diversorum locorum institutis variabat;

 nam

nam initialis modo omnibus patrini liberis cognatus habebatur (*a*), modo ſolis contracta compaternitate junioribus (*b*), contra initiati fratres & ſorores plerumque nullos patrini filios contigerunt (*c*), aliquando tamen & rarius illos poſt actum initiationis natos (*d*).

(*a*) Quoslibet compatris filios initiali ſpiritualiter cognatos plures leges noſtræ agnoſcunt Agr. h. t. vid. §. 2. Kr. h. vid. §. 3. (b). Nec non fragmentum membranaceum, ubi baptizans ad patrinos (vid. de Bapt. cap. VI. §. 13.) Þú oc kona þin N. eda bondi þinn, erot i gudſifſum vid barnit oc fedgin þeſs, medþvi at þid hafit adr likamliga ſamankomit, børn yckar getin oc ógetin ſkyldaz at halda gudſifiar vid barnit. i. e. *Tu N. & uxor tua vel vir tuus, puero ſpiritualiter cognati eſtis, ejusque parentibus, ſimodo carnale commercium jam tum habuiſtis; filii quoque veſtri tam geniti quam generandi ſervare debent cognationem ſpiritualem, cum puero contractam.* Adde c. 4. h. t. in 6. *Inter baptizatum & illum qui eum ſuſcepit de baptiſmo, ac inter eundem baptizatum & ſuſcipientis filios . . . . . . cognationem ſpiritualem in baptiſmo contrahi jure conſtat.*

(*b*) Adeo

(*b*) Adeo angustis cancellis non semel in jure Saxonico circumdatur fraternitas, ut pluribus monstrandum cap. VI. §. 8. (b)

(*c*) Cessavit fere hoc casu regula: *Quæ connectuntur uni tertio, connexa sunt inter se;* nam secundum Canonistarum tantum non omnium sententiam, inter initialis fratres naturales & spirituales nulla emersit necessitudo. vid. §.2. coll. cap. VI. §. 8.

(*d*) Solus Paschalis II. hoc alioquin inauditum cognationis genus docuit; verba ejus ex Decreto afferam cap. VI. §. 8. (*a*).

§. 7.

Porro ex dictis intelligis, quod nemo cum compatris patre, fratre vel nepote, nemo cum filii carnalis fratre lustrico, vel filii lustrici fratre carnali, nexum aliquem noverit (*a*); ut adeo cognatio sacra ad modum naturalis sese minime extenderet (*b*).

(*a*) A juris canonici legumque ecclesiasticarum constanti silentio tuto concluditur gradus hos cognatione sacra non teneri, saltem seculo XIII hoc agnovit cælestinus V. papa, cujus verba leges infra

fra (cap. VI. §. 9. b). Hic itaque nemo ſpiritualis avus vel avia, patruus vel amita, avunculus vel matertera, nepos vel neptis audivit.

(*b*) Vi veræ & naturalis cognationis, qui parentibus ille quoque filiis, qui fratrum uni, is & alteri ſangvine jungitur, quod vero per cognationem ſpirit. ut jam dixi, omni reſpectu non fiebat.

§. 8.

Nihilo minus heic imitatione veræ conſangvinitatis gradus alii propiores fingebantur, alii remotiores (*a*).

(*a*) In *libello ſanctae fidei* ſupra laudato §. 2. videntur ſuo ordine numerari quinque c. ſ. gradus; paternitas directa, fraternitas, paternitas indirecta, compaternitas directa & indirecta; primo gradu initialis contigit patrem ſpiritualem, (i. e. initiantem & patrinum). ſecundo hujus filios, tertio hujus uxorem, quarto gradu pueri parens compatrem, & quinto compatris uxorem. Secus ex aliis diſtingvit Boehmerus l. c. *Is quidem qui aliquem ſuſcepit, ei qui ſuſceptus eſt, primo gradu eſt, patri autem & matri ejus ſecundo, germanis ejus fratribus tertio, ſuſceptoris vero filii ſuſcepto quidem ſecundo*

do gradu ſunt, quod eum tanquam fratrem habeant, ejus autem germanis fratribus quarto. Noſtri veteres ad illum tertium & quartum gradum cognat.ſpiritualem nunquam extenderunt.

§. 9.

Ultimo loco de c. ſ. ambitu notandum reſtat, quod ſi plures in actu eodem patrini vel paraſtatæ ſacri aderant, nec ipſi invicem (*a*), nec cum adminiſtrantibus ſpiritualiter cognati fierent (*b*); tantum inter patrinos & matrinas ex officii ſacri communione naſci fingebatur quoddam ſpirituale conjugium (*c*).

(*a*) Nulla fuit inter ſuſceptores c. ſ. docente libello *de ſancta fide*: Verða ſva mórg bóndin bœði við þann ſem á er haldit, oc ſva við fauðr oc móðr, ſem marghir halda á, enn einghi guðſifiar verða millum þeirra ſem á halda ſin á millum. i. e. *Tot fiunt vincula cum ſuſcepto, ut etiam cum patre & matre, quot ſuſcipiunt, nulla vero ſacra affinitas inter illos ipſos fit, qui puerum* (in baptiſmo) *tenent.*

(*b*) Actuum ſacrorum miniſtros cognationem cum adminiſtris ſive ſuſceptoribus contraxiſſe nuſpiam legitur; quin contrarium elici poteſt ex hiſtoria

ſtoria Haconis Senis N. R. de Thrando quodam paſtore, qui, cum Haco natus jam eſſet, vitæ pueri ob hoſtium inſidias & crudelitatem timens, clam eum baptizavit, ſolique uxori & filiis ſponſorum partes credidit. Hoc vero feciſſe non cenſendus eſt, ſi inde ipſum inter & uxorem quædam ſacra neceſſitudo, imo & divortium, reſultasſet. Þrándr preſtr ſkírþi ſveinin, oc fór með leyniliga, ſva at hann trúþi eingum til at halda á, nema ſonum ſinum tveimur oc konu ſinni. i. e. *Thrandus ſacerdos puerum baptizavit, occultumque hoc negotium habuit, adeo ut nemini niſi duorum filiorum & uxoris ſuae fidei puerum ſuſcipiendum committeret.*

(*c*) Conjugium inquam ſpirituale inibant diverſi ſexus patrini, cum communis filii initialis *parentes ſpirituales* haberentur vid. cap. IV. §. 5. Innocentius III nexum illum epiſcopo cum ſua eccleſiâ intercedentem conjugium ſpirituale vocavit. *Cum fortius ſit ſpirituale vinculum quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus ſpirituale conjugium, quod eſt inter epiſcopum & eccleſiam, ſuo tantum judicio reſervaverit diſſolvendum.* Quibus verbis, mentitæ religionis mantelio involutis, monet Innocentius, quod epiſcopi ſine Romani pontificis conſenſu & auctoritate, privatove auſu, ſibi traditas dioeceſes permutare non poſſent.

Cap.

CAP. IV.

De cognatione ſpirituali non contrahendâ.

Synopſis.

§. 1. Continuatio. §. 2. Cognatis c. ſ. fugienda. §. 3. Et conjugibus. §. 4. Item omnis ſacra relatio. §. 5 Sponſorum ſpirituale conjugium. §. 6. Dupla cognatione abſtinendum.

§. I.

Hactenus de illis qui mediate vel immediate venerunt in parentelam ſacram; nunc paucis quoque docendum, inter quos illa locum habere non debuit (*a*).

(*a*) Non præter rem hoc comma ſeorſim tractamus, à capitis VII. contento diſtingvendum; aliud enim ipſa cognatione ſacra prohiberi, aliud propter hanc conjugio.

§. 2.

Primo veteres noſtri nullos naturaliter cognatos jungi cognatione ſpirituali volue-

voluerunt, quod divina humanis ſic miſceri vererentur. (*a*)

(*a*) Parentelæ ſacræ inter cognatos contrahendæ occaſionem dari dehortatur. Agr. h. t Er þat oc betr at óſkyldir mænn haldi á, ef þeir ero, enn ſkyldir. i. e. *Melius quoque eſt, ut non cognati, ſi adſunt, pueros* (in baptiſmo & confirmatione) *teneant quam cognati.* Omnium tamen minime convenit parentibus filios ſacris initiare vel initiandos ſuſcipere: *Non* (inquit Walafr. Strabo apud Wilkium de fidejuſſoribus) *pater debet vel mater de fonte ſuſcipere ſuam ſobolem, ut ſit diſcretio inter ſpiritualem generationem & carnalem.* Ubi vides ex dicta ratione damnari ſpiritualem inter patres & filios cognationem, quæ tamen non modo per ſe & ſua natura crimen habuit, verum etiam accidentaliter, quod tranſiret ad parentes.

§. 3.

Eadem ſententia valuit de conjugibus, quippe qui nulla officia eccleſiaſtica ſive dare ſive accipere debebant, per quæ illos inter naſceretur ſacra cognatio (*a*).

(*a*) Conjugibus inquam non licuit c. ſ. contrahere, ſive immediate, cum alter alteri officia ſacra miniſtra-

niſtraret; ſive mediate ex officiis in communes filios vel privignos collatis: hinc prohibitum, nequis ſacerdos uxoris ſuæ confesſionem audiret, vid. cap. II. §. 2. nequis ex uxore natum baptizaret, vel baptizandum offerret. Synt. de Bapt. I. 4. II. 9. VII. 8. Hic omnium inſtar ſit conſtitutio Henrici III. Angliæ regis apud Wilkins in conciliis Magnæ Britanniæ ad annum 1237. *Nullus teneatur ad confirmationem à patre vel matre, vitrico vel noverca, & hæc prohibitio ſæpius publicetur in eccleſia per ſacerdotes.* Accedit noſtrum Fragm. J. E. haldi eingi maðr á ſialfs ſins barni, þá er biſkup fermir, oc eingi á ſtiúp barni ſino. i. e. *Nemo teneat ſuum infantem, cum epiſcopus confirmat, nec privignum ſuum.* Sponſorem eſſe privigni nil impedivit, niſi quod inita cum illo c. ſ. matrem quoque tangeret.

§. 4.

Quin etiam fas eſſe viſum eſt, ut ſangvine vel affinitate juncti non tantum à cognatione ſpirituali ſtricte ſic dicta abſtinerent, ſed ab alia item ſacra relatione & nexu, ſimili occaſione creato (*a*).

(*a*) Laurentius epiſcopus Holanus non convenire judicavit, ut ipſe filium naturalem ſacerdotio initiaret,

tiaret, verens ne hinc inter ipſos quædam ſacra extaret connexio, quare & filius, jam ſacerdos factus, ad inaugurationes vel alias functiones patris ſuam raro contulit operam, ſive adminiſtri locum tenuit, referente vita Laurentii, cap. 45. Herra Lafrans biſcup ſendi bróðr Arna ſun ſinn ſuðr í Skálhollt til Jons biſcups, oc bað hann vígði hann öllum vígſlum, ... ſyndiz herra Lafrans þat fegra, at hann legði eigi ſiálfr vígſlu-hendr yfir ſun ſinn holdligan, ſtóð oc bróðir Arni aldreigi hiá vígſlum föðr ſins, nema þá hann fermdi börn, oc var hann hiá föðr ſins vígſlugiörðum ſem ſialdnaſt. i. e. *Dominus Laurentius epiſcopus filium ſuum Arnam monachum miſit auſtrum verſus Skalholtiam ad Joannem epiſcopum, rogans eum ut Arnam omnibus ſacris ordinibus ordinaret, & ſacerdotem crearet, viſum enim eſt Domino Laurentio pulchrius eſſe, ut ipſe manus conſecratorias filio carnali non imponeret, nec unquam frater Arnas patri ſuo inter munera ſacra fuit à latere, niſi cum epiſcopus pueros confirmaret, ille quoque quam rariſſime affuit* (teſtis vel paraſtata), *cum pater ejus clericos ordinaret.*

§. 5.

Cum crederetur illud patrini & matrinæ ſpirituale conjugium ſive qualecunque

que commercium ad nuptos relatum contaminari (*a*), eccleſiæ antiquæ magiſtratus, duos conjuges in actu eodem ſacris fungi officiis vetuit (*b*), quod tamen interdictum non adeo antiqvum eſt (*c*), nec niſi ad tempus valuiſſe videtur (*d*).

(*a*) Vid. cap. III. §. 9.

(*b*) Oſtendi de Baptiſmo, cap. VII. §. 6. ubi teſtis producitur Agr. h. t. cui accedit Sachſen-Spiegel, lib. III. art. 27. edit. Dreſd. Sie wiſſe auch, das weib und mann die mügen nicht mit einander gevattern werden. i. e. *Hic quoque ſcias, quod vir & mulier* (matrimonio juncti) *una & ſimul compatres eſſe non posſint.* Veteres autem hic ſequebantur Urbani IIdi auctoritatem, qui primum ſeculo XI. judicavit, pari ratione & religionis ſpecie, conjuges duos in baptiſmo ſpondere non poſſe: apud Gratianum c. 6. C. 30. q. 4. *Quod uxor cum marito in baptiſmate ſimul non debeat ſuſcipere puerum, nulla auctoritate reperitur prohibitum; ſed ut puritas paternitatis ſpiritualis ab omni labe & infamia conſervetur, dignum eſſe duximus, ut utrique inſimul ad hoc adſpirare minime præſumant.* Fuere & plures à ſponſorum partibus in baptiſmo & confirmatione excluſi; ut monachi, pueri nondum confirmati, gentiles, alii; de quibus hoc loco di-

cere non attinet, cum illæ cautiones ad vetandam cognat. spiritualem non respiciant.

(c) Ex adductis Urbani II. verbis hanc legem prædecessoribus papis ignotam fuisse patet, quare non mirum, quod tota ætas superior illam neglexerit, ut exemplis manifestum est, Carolus enim Magnus cum Fastrada sua reginâ Wittekindum Saxonum regem; Ludovicus Pius cum regina Juditha Haraldum Cimbriæ principem, & denique Norvegiæ rex Olavus Sanctus cum regina Astrida poëtæ Sigvati filiam Tovam in baptismo susceperunt, (Synt. de bapt. cap. VII. §. 6.) Olavus vero S. anno Christi 1036, ante Urbani pontificatum qvinqvagesimo secundo, mortuus est.

(d) Viri & uxoris simul in baptismo spondentium nullam agnovit culpam Innocentius III, centum & amplius annis urbano junior; Innoc. III. Ep. Tom. I. lib. II. ep. 261.) *Qvamvis etiam vir & uxor alienum puerum teneant in baptismo, nulla tamen inter eosdem virum & Uxorem contrahitur compaternitas, cum una caro sint, per copulam conjugalem, & ideo reddere sibi debitum minime prohibentur.*

§. 6.

Denique si quis initiatus inter plures sacros actus eodem patrino uteretur, inde

inde duplex inter illos extitit cognatio (*a*), quam vero ſcrupuloſa majorum ſuperſtitio non omnino probavit (*b*).

(*a*) Vid. cap. II. §. 3.

(*b*) Can. 100. de conſecr. D. 2. *In catechiſmo & in baptiſmo & confirmatione unus patrinus fieri poteſt, ſi neceſſitas cogit, non eſt tamen conſvetudo Romana, ſed per ſingulos actus ſuſcipiunt ſinguli.* Similiter Agr. h. t. non niſi neceſſitatis caſu ferendum eſſe judicat, ut quisquam initialem baptiſmi, denuo in conſirmatione offerat. Þolaz má at hinn ſami haldi bæði undir ſkírn oc biſcups hǫnd í nauðſyn, enn eigi ellegha. i. e. *Quod idem in baptiſmo & coram epiſcopo puerum teneat, tolerari poteſt; ſi neceſſe fuerit, non alias.* Cautelam non ita antiquam eſſe conſtat, nam quamdiu ecclesia baptiſmum & confirmationem celebravit una & ſimul, eosdem utrinque patrinos ſine dubio habuit: ſic olim apud nos in prima ſignatione & baptiſmo unus & idem offerebat initialem, ut diſcere eſt ex Ol. ſ. T. II. pag. 245.

CAP.

CAP. V.

De amicitia inter spiritualiter cognatos.

Synopsis.

§. 1. Suscepti & susceptoris mutuus amor. §. 2. Baptizati & baptizantis. §. 3. Amicitia inter compatres. §. 4. Pro spiritualiter cognatis jam mortuis preces factæ. §. 5. Spiritualiter cognati testes esse nequibant. §. 6. Nec judices. §. 7. Pro hominis occisi caede spiritualiter cognatis satisfaciendum.

§. 1.

Ut illa naturalis, ita non raro hæc spiritualis cognatio personas ea unitas pie & religiose obstrinxit (*a*), adeo ut baptizatus & sponsor, alter alterum suspicerent sicut carissimum patrem & filium, mutuisque amicitiæ officiis colerent (*b*).

(a) Unumquemque sponsori suo filialem observantiam debere monet Nicolaus I. c. 1. C. 30. q. 3. *Ita diligere debet homo eum, qui se suscepit de sacro fonte, sicut patrem.* Sponsoribus suum

ſuum officium, quod erat filiorum ſpiritualium amor & cura, inculcat Agr. h. c. Sá ſem á hældr ſetr ſic í borgan við Guð, oc vörzlu fyri þann hann á hældr, af því er hann ſkyldughr at minna hann á, at hann gömi reinlífi oc rettvíſi. i. e. *Patrinus qui tenet* (initiandum), *ſe vadem & cautorem Deo promittit pro eo, quem tenet, quare hunc hortari debet, ut caſtam vitam & juſtitiam ſervet.* Quomodo fere Auguſtinus. *Quicunque de ſacro fonte filios ſpirituales exceperint, cognoſcant ſe pro ipſis fidejuſſores apud Deum extitiſſe, & ideo neceſſe eſt, ut ſemper illis ſollicitudinem veræ caritatis impendant, admoneant & caſtigent, atque corripiant, ut caſtitatem cuſtodiant, virginitatem usque ad nuptias ſervent, à maledicto vel à perjurio refrænent.* cæt.

(*b*) Sponſorum in ſuos filios baptiſmales, & horum viciſſim in ſponſores benevolentiam, de Bapt. cap. VII. §. 3. delibavi, ubi quæ dicta ſunt, hoc loco non reguſtabo. Ulteriori documento in hanc ſcenam produci meretur Hallfrædus poëta Islandus, qui ſponſoris Olavi Tryggonii favorem & beneficia in carminibus ſuis toties grata mente agnoſcit & veneratur, quo ſpectat ſequens ex Ol. ſ. T. m. ſ. locus.

Sef ec þans hveriom jöfri
heipt fiknum varþ ríkri,
und-niþ byrþi norþra
norþr gudfóþr vorþin.
Bíþa man ec þess er breiþan
barþ mána vann skarþan,
margavkandi mækis
mót, aldreigi bótir. i. e.

Naĉtus sum eum patrem spiritualem, qui cuique regi iracundo praevaluit sub coelo septentrionali, consequar illo amisso, qui latum clypeum concidit, crebro repetens praelia, nunquam damni reparationem.

Fyrr man heimr oc himnar
hugreifum Óleifi
(hann var menskra manna
mest gott, í twó bresta).
Aþr enn glíkr at góþu
gæþingr mani fæþaz,
kænns hafi Kristr enn reini
kóngs önd ofar löndum. i. e.

Ante orbis habitabilis & coelum dissilient, quam animoso Olavo, (ille fuit hominum humaniorum praestantissimus), quam (inquam) *bonitate similis optimas nascatur, servet purus ille Christus gnavi regis animam super terris.* (in coelis.) Ita Sigvatus, poëta quoque Islandus, summa coluit observantia filium lustricum Magnum N. R., hic cum Gardis Moschoviæ metropoli veniret, regnum

num Norvegiæ periturus, poëta reditum principi amice gratulatur, incidenter recordans sponsionis olim in baptismo datæ:

Þeim sóttir þú hættinn
hönd, enn vel mátt löndum
(þinn stopac mátt) sem mönnum
Magnus konongr fagna.
Sórat ek víst, þvíat várum
varþr, at þer í Garþa,
skipnaz skíri-nafna
skript, þióþkonongr niptar, i. e.

Tu Magne rex adiens pericula, manum petiisti (nos visisti, convenisti), *sed debes terram & populum cum gaudio recipere,* (*potentiam tuam ego juvo* (quantum possum). *Non quidem Gardos profectus sum ad te, o! populi rex, nam custos fui sororis* (i. e. novercæ tuæ carissimæ); *quare reprehensio mitigabitur nominis baptismalis auctori,* i. e. mihi qui tibi nomen in baptismo indidi. vid. de Bapt. cap. VI. §. 12. c. Pergit poëta.

Minn hug segec mönnum,
Magnus at ec fagna,
(Guþs lán er þat) þinu
þingdrifu vel lífi.
Ætti drengia drottinn
dyrþar son ef yrþi,
þióþ mætti fá fæþaz,
fepr líkr, konong slíkan. i. e. *Meam*

Meam mentem expono hominibus ad conventum confluentibus, quod multum gaudeam, o! Magne, de tua vitâ, hoc eſt Dei gratia (quod vivis). *Si ille virorum dominus* (Magnus), *fieret filius patri glorioſo* (Olavo ſancto) *ſimilis, pauca naſceretur gens, quae talem haberet regem.* Ruſticis Norvegiæ rebellionem in eundem regem parantibus, Sigvatus carmen berſöglis-víſur, i. e. *verſus parrheſiaſticos* compoſuit, regem ibi paterno affectu monens, ut lenitate reconciliaret commotos civium animos, in fine carminis dicit ſe & regem ſancto teneri foedere, cujus cauſa ſe rebus ejus nunquam defuturum eſſe promittit. Hk. VIII. 17.

Seyni Olafs bið ec ſnúþar
ſið kveþa aptans bíþa
oframs ſök, meþal ockar
allt er háligt ſva, mála
Eru Magnus ver vegnir,
vildac meþ þer milldum
Haralldz varþar þú hiörfi,
heyck æ lifa oc deya. i. e.

Filio Olávi precor felicem rerum converſionem, ferunt negotium hominis ignavi differri ad ſeram veſperam, quicquid nobis mutuo intercedit ſanctum eſt. Sumus puto, o! Magne, inhonore conſtituti, velim cum te gratioſo (rege) *vivere & mori, dum Haraldi ſervas enſem,* (i. e. avitum regnum tenes).

§. 2.

§. 2.

Qui susceptoribus cum susceptis amoris affectus & pietas intercessit, hanc item sacra cognatio inter initiantem & initiatum conciliavit. (*a*)

(*a*) Cum puer Islandus à Gudmundo Episcopo confirmaretur, mox hac occasione sancti illius animum & benevolentiam in se convertit; teste St. s. lib. IX. cap. I. Gudmundr biskup fermdi Þorgils twævetran, hánn gaf sveininum gullsylgiu, oc mælti vel fyrir hónum. i. e. *Gudmundus episcopus Thorgilsum jam bimum confirmavit; hic fibulam auream puero obtulit, & bene illi precatus est.* Aliud huc quoque spectans insigne testimonium dat idem auctor lib. II. cap. 20. de Svenone, nostri historici Snorronis Sturlæi fratre, qui in quodam hostili conflictu à patre Sturla jussus, ut sacerdotem in hostium copiis visum cæderet, ille spiritualem necessitudinem causans, hoc sibi integrum non esse ferebat; quo audito Sturlæ bilis adeo remisit, ut sibi quoque temperaret, quin ab inviso homine justam ultionem peteret, certe intelligens quod hæc c. s. se non minus ac filium tangeret: Þá mælti Sturla við Svein son sinn, at hann skylldi vega Erlend prest; Sveinn sagde, þat hæfir eigi, þviat hann er skírisaþir minn, oc þat hiálpaði honum. i. e. *Tunc Sturla filium suum Svenonem jussit, ut Erlendum*

sacer-

sacerdotem occideret, Sveno respondit, non convenit, nam his sacerdos pater meus baptismalis est; quod etiam ipsum salvavit. Consimiliter gentilis svasit religio, ut coleret quisque suum lustratorem, qui aqua puerum perfuderat, ut in opusculo *de Baptismo majorum gentilium* docebitur.

§. 3.

Denique similis animorum conjunctio in gradibus etiam remotioribus conspiciebatur, videlicet inter compatres, quoties illi sacram suam cognationem officiis & integra amicitia usurparunt (*a*).

(*a*) De compatrum caritate mutua dum loquor, in mentem venit Olaus Sanctus N. R. qui amore & benevolentia insigni poëtam Sigvatum complexus est: hoc sine dubio magnam partem tribuendum erit parentelæ spirituali, quæ alteri cum altero dupla ratione intercessit; Sigvatus enim regis filium, & rex Sigvati filiam in baptismo tenuerant; narrantibus H. K. & Ol. f. h. Honorem & gratiam in tam illustri compaternitate sibi oblatam celebravit poëta hoc versu, quem cum afferrem de Bapt. cap. VII. §. 4. diversam lectionem secutus sum.

Dótte

Dóttr, hiálp þeim er dæmir,
dyrr er þinn vili minni,
heim or heiþnum dómi
hóf, oc nafn gaf Tófu. i. e.

Tua (o rex) benevolentia filiae meae pretiosa est, affer opem ita sentienti, sustulit eam (rex) *ex gentilissimo domum* (i. e. in gremium ecclesiæ,) *& Tosam nominavit.* cæt. Tanta fuit poëtæ erga hunc compatrem suum pietas, ut post fata regis, plurimo taberet ejus desiderio ad supremum usque diem; non semel monstrante H. K. & Ol. s h. ubi inter alia: Er Sigvatr heyrþi lát Olafs konongs, komz hann við oc felldi tár .... þá mæltu menn hann mundi prek-litill vera, er hann varþ sva veikr við slíka tíþenda sögu: Sigvatr kvað

Fúss lætz maþr, er mißir
meyar faþms, at deya,
keypt er ást er eptir
oflátinn skal gráta.
Enn fullhuginn fellir
flótt-styggr, sás ann drottni,
vart torrek líz verra,
víg tár, konongs árum. i. e.

Sigvatus de Olavi regis obitu audiens, adeo commovebatur ut lacrymas effunderet, ... tunc quidam dixerunt, haud dubie parum ipsi masculae virtutis inesse, cum hac relatione adeo de-

bili-

bilitaretur. Sigvatus cecinit: Se mori paratum fatetur quis, cum amicae amplexu privatur, sit oportet amor (amore) *paratus* (i. e. reciprocus), *si mortuus deflendus est: Vir animosus fugam detestans, qui favet regi* (defuncto), *lacrymas ob caedem* (ejus) *effundit, nostra enim adversitas gravior* (quam illa vidui) *regiis ministris videtur.* Et paulo post: Sigvatr skáld var með Magnúsi konongi í góðu yfirlæti, hann bar jafnan mikinn hugtrega af andláti hins helga Olafs konongs, sem heyra má í vísu þessari.

Geng ec um hvert frá þeingils
(þróaz ecki mer) recka,
emk sem bast í bríósti
bleikr, verþúngar leiki.
Minunz ek hins hve manna
minn drottinn lek sinna
opt á óþals toptum
orþsæll oc ver fordum. i. e.

Sigvatus poëta apud Magnum regem degit, liberaliter adhibitus; hic ex morte sancti Olavi regis magnum semper pertulit dolorem, ut judicare licet ex quodam ejus carmine: Discedo in diversum ab athletarum regiae cohortis ludo, dolor mihi ingravescit in pectore, pallidus sum ut alburnus, recordor quomodo dominus meus laudatissimus olim luderet in hominum suorum haereditariis villis, & nos.

Aliud

Aliud amicitiæ inter compatres documentum habemus in ᛋꝄ. VII. 145. ubi sermo est de Stenone Scaptonis filio, hujusque commatre Ragnhillde, Haraldi IIdi Norv. regis socru, quæ suo & suorum periculo Stenonem, iræ regis Olavi Sancti obnoxium, & capitis damnatum, eripuit angustiis, domoque & mensa sua fugientem recepit, ex unica causa quod Steno Ragnhildis filiam Thoram ex sacro fonte susceperat. Ragnhilldr het Steini vináttu sinni fullkominni, oc bad hann skyldi þangat koma á hennar fund, ef hann þættiz hennar lidsemdar þursa, ... enn nú var þar kvamit, at Steinn heimti þessi vilmæli at Ragnhilldi, oc sagdi hvat hann hafdi hent, oc so þat, at hann muni hafa ordit fyri reidi konongs, hon segir sva, at máttr skal megni fylgia um lidveitslur hennar, oc bad hann bída þorbergs, oc skipadi honum hit næsta Eysteini Orra syni sinum, hann var þá tólf vetra. Steinn gaf giasir þeim Ragnhilldi oc Eysteini. vertit Peringschiold: *Ragnhildis hoc devincta favoris pignore, sua vicissim Stenoni addixit perpetua benevolentiae officia, quae erga ipsum quacunque occasione declaratura erat ..... ferente itaque nunc occasione, hanc olim contractam amicitiam Ragnhildi in mentem revocabat Steno, sua etiam commemorans fata, quo pacto in regis iram inciderit; respondit Ragnhildis se pro viribus opem ei laturam, jussoque Stenone mariti reditum opperiri, ipsum filio suo Ostenio Orrio* (tetraoni) *proximum sedere*

re jussit, qui tunc duodecimum annum aetatis expleverat: Steno eximia munera Ragnhildi atque Ostenio dedit. Ex adductis ergo exemplis patet, quod cognatio sacra ultra primum quoque gradum non leves pepererit amicitias, quanquam pius ille affectus in multis minus caluit, quos notat proverbium Germanorum: Wann das Kind gestorben, so ist die gevaterschaft aus. i. e. *Mortuo infante, patris lustrici pietas cessat.*

§. 4.

Amorem & observantiam cognationi sacræ ex utraque parte incumbentem interdum nec mors ipsa solvere potuit (*a*), cum pro defunctorum etiam animabus orare æquum & pium censeretur (*b*).

(*a*) Quem vivum quisquam sincere coluit, illum & mortuum pio prosequitur affectu, sicut ait Propertius, (impuro licet sensu):

Trajicit & fati litora verus amor.

Exempla habes in Hallfredo & Sigvato poëtis, qui suos compatres etiam mortuos impense amarunt, satisque illorum illacrymati sunt. vid. §. 1. (b). §. 3. (a).

(*b*) In-

(*b*) In privatis & quotidianis precibus baptistam & pœnitentiarium, jam defunctos, recordari jubet codiculus membranaceus miscellanea sacra continens: Ver sculum minnez sálna feðra varra, brœðra, systra, oc allra skylðra manna oc náúnga varra, oc allra þeirra er oss hafa skírn eða skript veitta. i. e. *Nos recordemur* (in precibus nostris) *animas patrum nostrorum, fratrum, sororum, cognatorumque omnium, & propinquorum, ut eorum etiam omnium, qui nobis baptismum vel absolutionem ministrarunt.* Hæc enim spiritualiter cognatorum pietas multum posse apud Deum & saluti esse mortuo credebatur, unde monumenti Balingstadensis in Svecia inscriptio runica habet (apud Loccenium in lexico Sveo-Gothico), Guðþ hialbi hans and, an guðþsivir. i. e. *Deus opem ferat ejus animae & cognatio spiritualis.* Acsi dicat; superstites spiritualiter cognati precibus suis ei prosint. Quin etiam ex cujusque hominis christiani precibus magnam mortuos percipere voluptatem & fructus persvasit sibi veterum pia superstitio: hoc Islandam mulierem Thorfinnam, elingvem casu factam, in somnis monuit Thorlacus S. innuens illi ablatum sermonis usum esse, quod pro mortuis rarius orasset: Jóns s. h. membr. Enn þú hugfest þá luti er ec segi, oc ec legg á þic, þú vandiz lítt at syngia fyrir mat þinn, oc mintiz eigi framliðinna manna sem þú skyldir, er eigi verða úfegnari bœnum enn þú fœzlu, nú frá þessi stun-

 ðu

du ſyng jafnan fyri þeim þriár pater noſter áðr, þú tekr til matar þíns. i. e. *Tu vero animo fige ea quæ moneo te, tibique injungo, minus aſſveviſti precibus ante cibum canendis, nec ſicut debuiſti recordata es defunctorum, qui precibus* (pro ſe factis) *non minus delectantur, quam tu alimento: nunc itaque ab hoc tempore,* (tibi per me reſtitutâ lonquendi facultate) *antequam cibum ſumas, tres orationes dominicas pro mortuis ſemper recitabis.*

§. 4.

Scilicit hæc eſt unica veraque ratio, cur leges civiles ex ſpiritualiter cognatis unum ſemper conſiderent tanquam alterius ſtudioſum, & à favoris teſtimoniis in foro dicendis, pariter ac ſangvine junctos, arceant (*a*).

(*a*) Gg. þþ. 6. De ſubleſta teſtium domeſticorum fide: Sva ſcal oc hverr ryþia kviþ at guþſifium þeim þremur, er maþr heſir haldit ðþrum undir vatn, eþa undir primſignan, eþa undir biſcups hönd, ſcala kviþ ryþia viþ ſiálfan ſic. i. e. *Sic quoque teſtem ſibi adverſarium refellere quisque poterit, propter tres illas ſpirituales cognationes, ſi quisquam* (teſtis aut anteſtans) *alterum ſub aquâ, prî-ma*

ma signatione, vel manu episcopi gestaverat: nemo testem sibimet ipsi spiritualiter cognatum rejiciat. Vigsl. 3. Gudsifiar þrir ero i kvid rangir, sá er heldr manni undir primsignan, eda undir vatn, eda undir biscups hönd, enda sculo sva hvarir at sökum rettir, sem at frændsemi, þar er vegnar sakir ero. Madr scal eigi rydia at gudsifium vid sic sialfann. i. e. *Tres spiritualiter cognati testes legitimi non sunt, is qui sub prima signatione, vel aqua, vel coram episcopo quenquam tenuerunt, quippe qui* (per cognationem spiritualem) *sicut per consangvinitatem in caufis forensibus testes legitimi* (vel secus) *judicantur, quoties causa caedis agitur. Nemo testem adversarium rejiciat ob cognationem spiritualem secum habitam.* Hoc juris beneficio usi sunt Ketillus & Ejolfus Gra Islandi, legibus experientes cum Mördo, è cujus productis testibus rejiecerunt quendam Mördo spiritualiter cognatum, referente Niála cap. 132. Ketill or Mörk segir, her er sá búi er helt Merdi Valgardssyni undir skirn, enn annar er primenningr hanns at frændsemi, töldu þeir þá frændsemi oc sönnudu med eidi, ... i annat sinn nefndi Eyolfr ser vatta i þat vætti, segir hann, at ek ryd þessa menn báda or kvidnom, oc nefndi þá báda ok sva fedor þeirra, fyrir þá sök, segir hann, at annar er primenningr Mardar at frændsemi, enn annar at gudsifiom, þeim

 er

er kviþo á um at ryþia; ero þiþ fyrir laga sakir ónýtir i kviþnum. i. e. *Ketillus de Marka dixit*, *hic* (inter testes à Mördo accitos) *ille colonus est*, *qui Mördum Valgardi filium*, *in baptismo tenuit*, *alius vero testis hic ad est Mördo junctus tertio cognationis gradu*, *deinde hanc cognationem explicuerunt & juramentis firmarunt* . . . . . *deinde Eyolfus testes produxit ad testandum*, *quod ego*, *inquit*, *horum utrumque ex testium* (adversariorum) *numero excludo*, *simul ipsorum & patrum nomina exprimens*, *eo quod*, *inquit*, *alter Mördi sobrinus* (tertio gradu consangvineus) *est*, *sed alter* (illi cognatus) *necessitudine spirituali*, *propter quam testis adversi fides elevatur: ex legum igitur præscripto vos duo ad dicendum hic testimonium inutiles estis.*

§. 6.

Consimiliter vitandi partium studii causa, non semel legibus cautum est, nequis judex edititius cognati sui spiritualis litem cognosceret vel dijudicaret (a).

(a) Hinc utrique litigantium lege concessum est, ut ex judicum numero eliminaret illum, cui cum adversario suo nexum illum spiritualem esse novit. Gg. þþ. 6. Guþsifiar þrir ego or dómi

dómi at ríſa, ef annartveggi hefir haldit öþrum undir primſignun, eþa undir vatn eþa undir biſcups hönd, eigi ſcal ryþia at guþſifium viþ ſiálfann ſic. i. e.. *Tres* (judices) *ſpiritualiter cognati judicio excedant, ſi* (judex & adverſarius) *alter alterum ſub prima ſignatione ſub aqua aut ſub manu epiſcopi ſuſtinuit, nemo propter ſpiritualem ſecum cognationem judicum conceſſum dirumpat.* Et paulo poſt: Þar es maþr vill ryþia dóm at guþſifium, oc ſcal hann þat undir þegnſcap ſinn leggia, hveriar guþſifiar meþ þeim ero aþilia oc dómanda. i. e. *Cum quisquam propter cognationem ſpiritualem voluerit judicium disrumpere,* (quendam ex aſſeſſoribus, ut partis cupidum, ejerare), *ipſe fide ſua interpoſita, dicat qualis judicem & actorem cauſae principalem neceſſitudo ſacra conjungat.*

§. 7.

Ad ultimum, quod merito mireris, ſuis locis quidam ſacram parentelam tanto cum zelo uſurparunt, ut pro compatris vel filii luſtrici caede æquam ac familiares & conſangvinei mulctam ab homicida exigerent (*a*).

(*a*) Occiſorem quondam occiſi hominis pretium, (ſive ut barbara latinitas vocavit, verigildum) do-

minis cognatisve debuisse, vel me non monente satis notum est. Jus hoc ad spiritualem cognationem extendit Ina Saxonum occidentalium in Anglia rex, cujus constitutio saxonice scripta habet, apud Spelmannum, Concil. Britanniæ Tom. 1. pag. 182. Gif hva othres godsunu slea, oththe his godfæder, sy seo mægbot, and eo manbot gelic, veaxe seo bot be dhæm vere, sva ilce sva seo manbot deth, dhe dhæm halford sceal, gif he dhonne cyninges godsunu sy, bete be his vere dhæm cyning, sva same ilce sva dhære mægthe, gif he dhonne on thone geonbyrde the hine sloh, dhonne ætscalle seo bot dhæm godfæder sva same ylce sva thæt vite dhæm hlaforde deth: gif hit bisceop sunu sy, sy be healfum dhæm seo bote. i. e. *Si quis alterius filium lustricum caedit hujusve compatrem, illa spiritualis cognati compensatio aequalis sit caedis compensationi, crescat vero satisfactio secundum apitis aestimationem, prout occisi* (servi vel familiaris) *compensatio crescere solet, quae domino debetur, si regis filius lustricus sit, solvat* (occisor) *juxta ejus aestimationem regi, quem ad modum cognatis, verum si ille* (spiritualiter cognatus) *sese huic opposuerit, qui ipsum occidit,* (i. e. si locum hic habeat moderamen inculpatæ tutelæ) *tum pereat compensatio*

tio patrino, ut solet (in simili casu) *mulcta domino solvenda. Si occisus fuerit filius episcopi, huic dimidia solvatur satisfactio.* Scilicet cum vindictæ dira cupiditas, eos quibus male voluit opprimere non posset, interdum in spiritualiter cognatos, utpote his carissimos, omne odium & ultionem convertisse videtur, quò forte respicit Lupus Anglorum episcopus, ejusmodi impias & injustas caedes conterraneis exprobrans, in suo ad illos sermone, apud Hickesium in Thes. Gramm. part. III. pag. 102. And godsibbas and god bearn to fela man forspilde vide gynd dhas theode, to eacan othran ealles to manegan, dhe man unscyldige forfor ealles to vide. i. e. *Susceptores & filii lustrici nimis multi interficiuntur passim in populo hoc, praeter alios omnino permultos, qui passim innocentes perduntur.*

CAP. VI.

De cognationis spiritualis gradibus prohibitis.

Synopsis.

§. I. Alter c. s. effectus. §. 2. Cognatio spirit. ad forum eccles. pertinuit. §. 3. Spiritualiter cognatis copulari non licuit. §. 4. Nec in gradibus remotioribus. §. 5. Exceptio. §. 6. Sic conjuges c. s. contrahere non poterant. §. 7. Conjugium cum duabus commatribus. §. 8. Inter fratres sprituales. §. 9. Inter compatrem & initiati sororem. §. 10. Spiritualiter cognati hæreditatem non adibant.

§. I.

A mutuo per cognationem spiritualem amore descendo ad secundum ejus effectum, vi cujus maris foeminæque congressus in crimen incesti vocabatur; hoc tamen non ita intelligendum, quasi omnes supra memorati cognationis spiritualis modi semper gradus prohibitos constituerint (*a*).

(*a*) Cer-

(*a*) Certe omnis c. ſ. in una vel altera eccleſia particulari ficta, nuptiis ibidem obſtaculum poſuit, in aliis vero locis eum valorem habere minime potuit hæc vel illa cognationis ſacræ ſpecies, quam receptæ ibi leges & mores non agnoverunt, nam ubicunque aliquid CS. genus non innotuit, ibi nec ejusdem effectus, confr. cap. II. §. 7. Per ſextuplam cogn. ſacram objici conjugio impedimentum volunt Ab. G. & Kr. S. (cap. II. §. 4.) at propemodum ſynchrona lex Kr. V. tantum tribus c. ſ. ſpeciebus hunc effectum aſſignat, eoque reliquas tres nullius eſſe valoris ſubindicat.

§. 2.

Sicut vigente adhuc catholicismo reliqua carnis delicta, ita quoque ſpiritualiter cognatorum ſtupra magiſtratus ſacer ad tribunal ſuum pertinere voluit (*a*), ficto utrinque eodem prætextu, quod violatæ tam naturalis quam ſpiritualis cognationis moralitas à divina quadam & eccleſiaſtica conſtitutione unice dependeret (*b*).

(*a*) Quod ſatis patet ex ante dictis; omnium inſtar eſto Wm. I. Kb. 19 fl. Om hionalagh, frånſömis ſpial, guzſiwia ſpial, thär

 a an=

a ångin sokmare, oc ångin annar atala uthan biskoper, åller then biskopzdom hawer handa mellum: i. e. *De conjugiis, de consangvinitatis, cognationis spiritualis & affinitatis laesione nullus juridicus sive alius quisquam decidere potest, nisi episcopus, vel qui episcopi vicem gerit.* Adde Kl. Rb. 15.

(*b*) Ita Constitutiones Sveciæ, sive Gamle-stadgar ad annum 1439. Och æro somblige högmålis ogerninga, som ey åre olófliga af sig sielwa, uthan af then heliga Kirkios skipelse och henna forbudh, så som ær svzskaps (sifskaps) spiåld, gudh sówia lagh spiåld, och frendsamis spiåld, tolka ogerninga waro fordom lofliga, och nu åro the olofliga wordne, af kirkionna skipelse och forbudh, ofwer tolka gerninga bór ingom råtta, uthan allenast kirkionna domara. i. e. *Sunt quaedam graviora crimina quae per se culpam non habent. sed per sanctae ecclesiae constitutionem & interdictum, qualia sunt violationes affinitatis, cognationis spiritualis & consangvinitatis, talia crimina olim permissa fuere, nunc vero prohibita sunt, idque ob ecclesiae prohibitionem & interdictum, quare nemo nisi judex ecclesiasticus de his delictis sententiam dicere poterit.* Recte quidem noster spiritualiter cognatorum (qua talium) congressus non per se, sed vi legis humanæ, culpam habere adserit, errat autem ubi de veræ consang-

ſangvinitatis & affinitatis gradibus, Dei naturæque jure prohibitis, idem fert judicium.

§. 3.

Cum ſacra cognatio, ut ſæpe numero contigit, virum inter & fœminam contraheretur, tam externa eccleſia (*a*), quam noſtra, minime paſſa eſt, tales carnali congreſſu vel conjugio invicem miſceri (*b*), ne ipſis quidem ſacerdotibus exceptis (*c*).

(*a*) Pontificii legem hanc antiquitatis titulo excuſaturi, fingunt jam tum concilio Nicæno conjugium inter ſpiritualiter cognatos prohiberi, hoc canone, vel ut falſo teſte, ſubornatô: *Nemo fidelium cum patre aut matre ſpirituali matrimonium contrahat, id eſt, non cum patrinis aut matrinis.* Quantum conſtat primus cognationem ſpiritualem obſtare matrimonio lata lege ſancivit Juſtinianus ſeculo quinto, cujus verba dat Boehmerus l. c. §. 6. *Ea videlicet perſona omnino ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis à ſacro ſancto ſuſcepit baptismate, cum nihil aliud ſic inducere poteſt paternam affectionem & nuptiarum prohibitionem, quam hujusmodi nexus*

nexus, per quem Deo mediante animæ eorum copulatæ ſunt.

(*b*) Idem interdictum repetunt leges quoque noſtræ tantum non omnes: Vetus J. E. Smaland. imprimis cavet, ne cognationis ſacræ vel naturalis jura violentur; ſtatim habens ab initio: Vi ſculum a Chriſt tro oc kyrkio byggia, firma (rectius þyrma) ſyſtrum oc ſiſcunum, ſva gudſivium ſem mannſivium. i. e. *In Chriſtum credamus, & eccleſiam aedificemus, ſororibus affinibusque foeminis parcamus* (ſtupra illis non inferendo), *ſive divinæ cognationis, ſive humanæ fuerint.* Kr. G. tit. 11. Nú er því neſt, at einghi má hafua at likhams loſta gudſiſiu ſina. i. e. *Huic proximum eſt, quod nemini ad carnalem voluptatem ſua ſpirituali cognata uti liceat.* Kr. A. Þat er fyrirboðit af Guðs hálfo, at nockr maðr hafi guðſifia ſinni at likams loſta. i. e. *Divinitus prohibitum eſt, ne quis cum ſpiritualiter cognato corporis libidinem exerceat.* Addo Canuti M. Daniæ regis J. E. apud Spelmannum l. c. pag. 543. hic §. 7. legimus ſaxonice: And ve lærath and biddath, and on Godes naman gebeodath, thæt ænig criſten man, binnan ſix manna ſibba fæce, on his agnan cynne æfre ne geviſige, ne on his mæges lave, ſe ſva neh ſib være. . . . na on

on his gefæderan, ne on gehalgodre nunnan, ne on ælætan, ænig criften mann æfre ne gevifige. i. e. *Item docemus, obfecramus, & in nomine Dei mandamus nequis Chriftianus intra, fextum confanguinitatis gradum, cognatam fuam ducat uxorem, neque cognati adeo propinqui viduam. . . . neque fuam commatrem, five veftalem virginem neque repudiatam quisquam Chriftianus ducat uxorem.*

(c) Cum epifcopi & facerdotes, cælibatum licet profeffi, impuras concubinas non rarò alerent, ipforum vagæ libidini eadem ac laicis frena leges merito injiecerunt: conc. Dunelmenfe (apud Wilk. Tom. I. pag. 576.) *Cum peccans facerdos peccare faciat populum Dei, maxime à filia fua fpirituali & poenitentiali abftineat, & omnibus quibus difpenfaverit ecclefiaftica facramenta.* (quæ pùta cognationem fpirit. conciliarunt. vid. cap. II. §. 1. a) Accedit ibidem conc. Schoticanum §. 53. cum multis aliis.

§. 4.

Deinde fcias velim, quod omnis facra cognatio quæ in primo gradu matrimonium impedevit, hæc quoque parem

rem præſtitit effectum in gradibus reliquis (*a*), qui ſcilicet eodem vinculo tenebantur (*b*).

(*a*) Illud Juſtinianeum interdictum §pho prægreſſo notatum, ad gradus remotiores extendit Trullana ſynodus, quam omnis ætas poſterior ſequebatur: ex noſtris legibus huc ſpectant, Gg. Kvennag. I. de illis qui connubia ineunt. Guþſifiar ſculo eigi vera meþ þeim, þar er hvarki þeirra hafi haldit óþrum undir ſcirn, ne undir primſignun, ne undir biſcups hónd, ne hvarki þeirra ſcal ſcirt hafa annat ne annars barn, ſlikt er melt of preſt; ef hann ſcirþi konor eþa bórn þeirra. i. e. *Spiritualis cognatio inter eos non ſit, ut nec in baptismo nec in prima ſignatione, nec ſub manu epiſcopi alteruter alterum tenuerit, alteriusve liberos, nec alteruter alterum vel alterius infantem baptizarit: idem de ſacerdote dictum eſto, ſi mulieres vel earum liberos baptizat.* Sc. E. Eingi má fá þeirrar konu er hann helt undir ſcirn, eda þeſs manns konu eda dóttur, er hanum helt undir ſcirn eda biſcups hónd; eingi kona má oc hafa þann mann, er henni helt undir ſcirn, oc eigi þeirrar konu bónda eda ſon er henni helt undir ſcirn. i. e. *Illam foeminam ducere nemo poteſt, quae in baptismo ipſum ſuſcepit, nec uxorem vel filiam ejus viri qui ipſum in baptismo ſuſcepit:*

ſuſcepit: ſic nulla foemina ei viro nubere poteſt qui eam ſuſcepit in baptismo, nec marito vel filio ejus mulieris, quae ipſam in baptismo ſuſcepit. Kr. S. II. 8. Einghi maðr ſcal taka konu þá er hann á guðſifiiar viðr, enn ſva ſcal þyrma guðſifiunum viðr feðr oc móðr ſem viðr, barnit ſiálft. i. e. *Nemo ſocium thori aſſumat eam, cui ſpiritualiter cognatus eſt, ita vero c. ſ. cum patre & matre pueri inviolata ſervetur, ſicut cum ipſo puero:*

(*b*) Quoſcunque junxit cognatio ſpiritualis, hos item à connubiis prohibuit: quinque hujus ordines ſive gradus numeravi ſupra cap. III. §. 8. a) in quibus omnibus illicita fuiſſe conjugia ex locis proxime adductis Kr. S. & Sc. E. videre eſt: ſcilicet primo gradu initiati cum matrinâ; ſecundo, initiati cum patrini filia, ſive ſorore ſua ſpirituali; tertio, initiati cum patrini uxore, ſive matrina ſúa indirecte tali; quarto, patris cum commatre, ſive filii matrina directe tali; quinto, patris cum commare indirecte tali. Circa reformationis initia tertii gradus ſive paternitatis indirectæ vetitas in Germaniâ nuptias meminit ipſe Lutherus in epiſtola ad Johan v. Schleinitz 1523 ſcriptâ, ubi ſermo de ruſtico juvene, qui uxorem petivit ſui in confirmatione patrini viduam, ſed fruſtra, cum nec parochus nec ſuperior magiſtratus petitioni ejus locum facerent; verba ſunt epiſtolæ (oper. Luth. Tom. XXII. pag. 427. edit. Lipſ.)

Lipſ.) Er hat mir.... einen ſolchen fall erzehlet, wie ſich in eurem gebiete begeben habe, daß ein junggeſell eine wittbe zur ehe zu nehmen geneigt ſey: dieweil aber ihr voriger mann dieſem geſellen das firmtuch umgebunden, ſo hat der pfarrherr ſie nicht dürffen vertrauen noch zuſammen geben, da habt ihr den biſchof von Meiſſen angeſucht und gebeten, dieweil beide perſonen liebe und luſt zuſammen hätten, er wolte es vergönnen und nachlaſſen: alſo habe der biſchof geantwortet, es wäre in ſeinem vermögen nicht, es müſte bey päbſtlicher heiligkeit geſucht und erlanget werden, und als der biſchof jetzt nächſt gen Rom gezogen, hat er euch zugeſagt, er wolle ſich euch zu gefallen bey päbſtlicher heiligkeit bemühen, und treulich mit fleiß anregen, ob ers erlangen könnte, als hat er ſolches bey päbſtlicher heiligkeit nicht erlangen können. i. e. *Ille* (vicarius tuus) *mihi ejusmodi caſum retulit, ſcilicet in ditione tua accidiſſe, ut juvenis aliquis viduam ducere velit, quia verò prior hujus maritus eundem juvenem olim vitta confirmatoria redimiſſet, paſtor nec ſponſalia eorum nec nuptias celebrare auſus ſit, tu igitur Misnenſem epiſcopum ſolicitaveris, & ab eo petiveris, ut connubium illis indulgeret, quandoquidem mutuo amore & conjugii contrahendi deſiderio uterque teneretur, tunc epiſco-*

episcopus responderit, hoc in suâ potestate non esse situm, sed à sancto papâ petendum esse, atque impetrandum; cum vero episcopus Romam nuper proficisceretur, antea tibi promiserit velle se tua gratiâ coram sancto papa tentare, fideque & studio hortari ut hoc impetraret, quod tamen à sancto papa impetrare non potuerit. De fraternitate exemplum habes §. 8. c).

§. 5.

Tantum excipe cognationem spiritualem quam contraxit parochus cum matronis post puerperia in ædem sacram receptis, hæc enim parentela reliquos eorum cognatos non obligavit (*a*).

(*a*) Rb. G. ubi de hac ipsa c. s. specie sermo est: Þessar einar Gudsifiar scal þyrma vid konuna, enn allar adrar simm gudsifiar sculo ver halda vid fódr oc módr sem vid barnit. i. e. *Haec sola cognatio sacra cum unica foemina rata haberi debet, quinque vero reliquas c. s. species tam cum patre & matre, quam cum ipso infante nobis observandæ.* Quin Kr. H. propter hoc cognationis spiritualis genus omnino nullum conjugii impedimentum, nec in primo quidem gradu agnoscere videtur. Þat er fyrirbodit, at nockr madr scal fá frændkonu sinnar ser til konu, edda frændleifar sinnar,

nar, ne guðſifuiu ſinnar, allar ero undan ſcilðar nema ſú ein kona, er maðr læiðer í kyrkio, þvíat þat er ecki nema koſgirni ein. i. e. *Vetitum eſt nequis ſuam conſangvineam ſibi uxorem adjungat, vel conſangvinei ſui viduam, vel ſpiritualiter cognatam, omnes ſpiritualiter cognatæ excipiuntur, præter ſolam mulierem, quam aliquis* (ſacerdos) *in templum recipit, nam inter hos tantum copula arbitraria eſt.*

§. 6.

Porro quemadmodum orta ſacra neceſſitudine nuptias facere, ita factis jam nuptiis ſacram neceſſitudinem inire nemini licuit (*a*), cum ex hoc conjugum ſpirituali nexu, ſive ante ſive poſt nuptias contracto, idem ſcandalum reſultaret (*b*).

(*a*) Toties inculcatur hoc interdictum, quoties cavetur ne conjugum alteruter ea obeat officia ſacra, quæ natura ſuâ inter illos c. ſ. accendant. vid. cap. IV. §. 3. 3.

(*b*) Sponſor non tantum filium initialem contigit, verum & hujus parentem, confr. cap. III. §. 2. ſi ergo quisquam ſponderet pro filio vel privigno,

vigno, cum matre pueri, i. e. uxore sua, c. f. contraxit.

§. 7.

Duas commatres, sive sorores lustricas, vir idem successivo matrimonio sibi adjungere poterat, ubi spiritualis earum cognatio primas nuptias praecessit (*a*): si vero seqveretur non idem; tunc enim inter duas foeminas orta commaternitas harum utrivis marito communis censebatur (*b*), quanquam neque hac de re omnes idem sentirent (*c*).

(*a*) Compaternitatem matrimonio priorem novos nuptos sibi mutuo non communicasse, ostendi supra cap. III. §. 4. quare uxore fatis functa, non erat quod vetaret hujus veterem commatrem, quocunque titulo talem, à viduo duci; hoc etiam canones & capitula plus decies inculcant, quae vero de re non controversa afferre operae pretium non est. Vide locum ex illa nostra membr. not. c.

(*b*) In duobus casibus, compaternitatis indirectae caussa, incestum & illicitum fuit conjugium; nimirum, α) viri vidui cum muliere, quam vel cujus prolem suscepit prima hujus uxor.

β). Vidui cum illa, quæ primæ uxoris prolem ſuſcepit, puta ejusdem viri privignum. Qvantum ad prius, ponamus qvod Anna Alani uxor in baptismo ſuſceperit Bernhardi de Bertâ filium, tunc Bertæ cum Anna commaternitas ad Alanum tranſiit indirecte, (per cap. III. §. 3.) adeoque impedivit, quo minus Bernhardo Annaque mortuis, Bertam Alanus duceret uxorem. Cæleſtius V. loco ſupra citato: *Si commaternitas ſequitur matrimonium, id eſt, ſi uxor mea, poſtquam fuerit à me cognita carnaliter, ſuſcepit filium alterius, illa mulier efficitur mihi commater, quam habere non potero in uxorem; & eandem compaternitatem intellige acquiri uxori per virum.* Similiter, quantum ad poſterius, ſi Anna Alani uxor ad ſacrum fontem tenuit Bernhardi de Berta privignum, tunc Annæ cum Berta commaternitas ad Bernhardum indirecte tranſiit (per cap. III. §. 5.) & hinc impedivit qvo minus Alano Bertaque mortuis, Bernhardus Annam duceret. Conſentientem habeo Nicolaum papam, can. I. C. 30. 9, 4. *Cum conſtet quia vir & mulier una caro per connubium efficiuntur, reſtat nimirum* (i. e. inde ſequitur) *virum compatrem conſtitui illi mulieri cujus, matrimonio aſſumta uxor, commater eſſe videbatur, & idcirca liquet virum illi foeminæ non poſſe jungi in copula, quæ com-*

commater ejus erat, cum qua idem fuerit una caro effectus. Nec non vetus jus Saxonicum, Lib. II. Art. 23. in gl. Zum vierden magstu deine oder deines weibs gefatter nicht nehmen, der gefatter sie nach deiner ehe ward. i. e. *Quarto ducere non potes tuam tuæve uxoris commatrem, quae puta uxoris tuæ post initum matrimonium commater facta est.*

(c) Ab illorum, quos proxime audivimus ſententia quadantenus facit divortium noſtra de matrimonio membrana, quæ quidem ſecundas nuptias improbat inter matrinæ virum, & initialis matrinam. Verba ejus ſunt: *Solet autem quæri, an aliquis duas commatres poſſit habere in uxores unam poſt alteram, ſed refert utrum compaternitas præcedat matrimonium, an ſequatur; ſi præcedat matrimonium, vel ſaltem carnalem copulam, licite poteſt, quia per unionem carnis ſequentem non trans fertur* (maritus) *ad unionem ſpiritualem præcedentem: ſi vero ſequitur, diſtingvitur, & ipſa diſtinctio in his verſibus comprehenditur:*

Quæ me vel cujus mea natum fonte levavit,
Hæc mea commater, fieri mea non valet uxor;

 Si

Si qua meæ natum, non ex me, fonte levavit,
Hanc post fata meæ non ante vetabor habere.

Quos concisiores versiculos ex hac paraphrasi intellige: Mulier quæ me suscepit, & illa cujus filium uxor mea suscepit, utraque mea commater est (diverso licet respectu, hæc indirecte, illa directe, vid. cap. III. §. 3.), & hinc neutra mihi nubere potest; quæ vero suscepit uxoris meæ filium, ex me non genitum, eam uxore mortua ducere mihi integrum est. Vocula Ante in versu ultimo fere redundat metri causa, & salvo sensu abesse potest,

§. 8.

Duorum compatrum filiis matrimonium inire licuit, cum patrum sacra cognatio ex horum neutro provenerat (*a*). E diverso si horum alteruter sponsore uteretur alterius patre, tunc illi censebantur spiritualiter cognati, & ab incestis nuptiis abstinere debebant (*b*): si vel maxime res ad desponsationem venisset (*c*).

(*a*) Vid. c. 4. C. 30. q. 3. & membr. de matrim. utrumque nota b. Ab hac tamen alioquin communi

muni regula exceptionem facit Paſcalis II. cum ſponſoris filias, poſt factam ſponſionem genitas, non tantum ipſi patris filio luſtrico, verum & filii luſtrici fratribus nuptum dari prohiberet, ejus verba ſunt c. 5. C. 30. q. 3. *Poſt ſuſceptum de fonte filium & filiam, qui vel ex compatre vel commatre nati fuerint, matrimonio conjungi non poſſunt.* Quam Paſcalis ſententiam Alexander III. ſubintelligit. c. 1. & 3. X. hoc tit. ubi eccleſiæ Romanæ praxin & leges circa hæc aliquando diſcrepaſſe fatetur, ſvadens igitur, ſicubi per hoc interdictum fraterni ſponſoris filias ducere non liceat, tunc illa eccleſia hac lege ſua vel conſvetudine vivat.

(*b*) c. 4. c. 30. q. 3. *Spiritualium & naturalium parentum filii vel filiæ ante vel poſt compaternitatem geniti, poſſunt legitime conjungi, præter illam perſonam, per qvam compatres ſunt effecti.* Accedit noſtra de matrim. membrana: *De fraternitate ſpirituali ſciendum, quod omnes filii duorum compatrum,* (i.e. genitoris & ſponſoris) *ſive ante compaternitatem geniti ſive poſtea, poſſunt tunc matrimonialiter copulari, excepta illa perſona* (filio initiali); *qua mediante compaternitas eſt contracta, nam illa perſona nunquam poteſt, copulari alicui fi-*

liorum patris sui spiritualis. Uterque locus filium inialem omnium patrini filiarum thoris prohibet, cum secus hoc interdictum ad solas post actum lustricum natas extendat Sachsen-spiegel lib. I. Art. 3. in gl. edit. Lips. Die geistliche freundschaft entstehet auch .... zwischen dem getaufften und des täuffers kindern, die darnach gebohren sind, diese können noch mögen mit einander keine ehe besitzen. i. e. *Cognatio spiritualis locum etiam habet inter batizatum & baptistae filios, qui post baptismum nati sunt; his fas non est neque licitum, ut mutuo & matrimonialiter cohabitent.* item lib. III. art. 27. in gl. Wes gewatter du auch würdest, der darff deiner kinder keines nemen, so dir nach der gevatterschaft gebohren werden. i. e. *Quicunque te compatre utitur, ille conjugem assumere non poterit quenquam ex tuis filiis, contractâ jam compaternitate tibi natis.* Vid. cap. III. §. 6.

(*c*) Praxin juri respondisse ostendit casus anni 1235, cum Angla mulier Martha ab officiali Cantuariæ maritum sibi dari petivit Alanum quendam, à quo se & stupratam fuisse & affidatam (i. e. data fide & spe matrimonii allectam) testibus probavit, officiali ergo sententiam definitivam contra Alanum voti reum ferente, hic à Marthæ conjugio jam alienus, cognationem spiritualem excusavit, siquidem Marthæ pater, qui

qui fuit facerdos, fe baptizaffet, cui tamen exceptioni vicarius vix locum reliquit: fed cum caufa ad Gregorium IX. deferretur, hic expenfis utrinque rationibus, gravitate apoftolica definivit: *Mandamus quatenus fi eft ita, eundem Alanum, fuper hoc, ab impetitione mulieris abfolvatis ipfius, eidem mulieri perpetuum filentium imponentes.* Vid. cap. 8. X. hoc tit.

§. 9.

Denique nihil prohibuit, quin pater filii fui carnalis fororem fpiritualem, vel compater filii fpiritualis fororem carnalem fibi matrimonio jungerent (*a*). Nec fecus tam filii filiolam, quam filioli filiam ducere per leges cuique licuit (*b*).

(*a*) Cum nec pater compatris, nec compater patris liberos, præter folum initialem, ulla cognatione contingerent (vid. cap. III. §. 2. 3.) per fe patet quod alteri alterius. filias ambire liberum & licitum fuerit: en teftem membr. noftram de conjugio, cujus tres regulæ de paternitati, compaternitate & fraternitate fpirituali obferventur: *De tribus fpeciebus cognationis fpiritualis dantur tres regulæ: prima eft, quod vir*

 & mul-

& mulier in spirituali proximitate sibi conjuncti non possunt inter se contrahere; secunda est, quod compater & commater cum filiis compatris & commatris possunt contrahere, excepta illa persona (i. e. initiali), *propter quam contracta est spiritualis proximitas: tertia est hæc, filii vel filiæ compatris vel commatris possunt inter se contrahere, exceptis personis propter quas contracta est spiritualis proximitas.*

(*b*) Docente cæleſtino V. loco citato *Pater poteſt contrahere cum filia ſpirituali filii ſui carnalis, ſed non è converſo* (filius cum patris filia luſtrica); *ſimiliter poteſt quis contrahere cum filia carnali filii ſui ſpiritualis, ſed ſed non è converſo* (filius luſtricus cum compatris filia), *quia humor de radice aſcendit ad ramos, ſed non redit: licet cognatio ſpiritualis deſcendat de patre in filios, non è converſo,* (a filiis in patrem).

§. 10.

In conſtituendis tot gradibus prohibitis cum tantum poſſet ſpiritualis cognatio,

natio, mirum quod hæc, pariter ac conſangvinitas, jus quoque hæreditarium ſibi non affereret (*a*).

(*a*) Hujus rei, præter commune de illa antiquitatis & noſtræ & externæ ſilentium, teſtis eſt Sachſen ſpiegel ſive Jus Saxon. lib. I. art. 3. gl. (citante Carpzovio in Jurispr. Conſiſtoriali lib. 11. def. 74.) Nach der gevaterſchaft nimt man kein erbe, komt auch nicht zur vormundſchaft, ſondern ſie hindert an der heirath, und dem eheleben. i. e. *Propter compaternitatem, nemo haeriditatem adit, vel tutor pupilli conſtituitur, nam compaternitas nuptias & cohabitationem conjugalem tantum impedit.*

CAP.

CAP. VII.

De violatæ cognationis spiritualis pœnâ.

Synopsis.

§. 1. Spiritualiter cognatorum libido punita. §. 2. Illorum conjugia solvebantur. §. 3. Etiam legitime facta. §. 4. Hic aliæ nuptiæ quærendæ. §. 5. Diversorum graduum habita ratio. §. 6. Cohabitando perseverantes. §. 7. Interdum solus cessavit conjugii usus. §. 8. Ut quoque inter naturaliter cognatos. §. 9. Non omnis c. s. solvit matrimonium. §. 10. Conjuges hac occasione quærentes divortium. §. 11. Vetitas nuptias promoventes. §. 12. C. S. violatio incestui par. §. 13. Dispensationes pecuniâ causa factæ.

§. 1.

Spiritualiter cognati cum vagæ libidini vetitisque amoribus servirent, Dei naturæque jus & institutum migrare censebantur (*a*), quare æquam cum incestantibus mulctam & pœnas dederunt (*b*).

(*a*) Quo

(a) Quo major fuit c. f. fanctitas & religio, hoc gravius qui eam contemerabant vulgi judicio peccarunt, *Si quis sacerdos* (inquit Cœlestinus c. G. C. 30. q. I.) *cum filia spirituali fornicatus fuerit, sciat se grave adulterium commisisse.*

(b) Ficto cognationis facræ incestui, eandem ac vero & proprie dicto mulctam & pœnitentiam præscribit Kr. S. 11. 8. Slíkar liggia þar bætor við ef maðer tekr guðsifuin sina, sem hann taki frændkonu sina, bræðrung eða systrung, bæði við Guð oc biscup. i. e., *Si quis spiritualem cognatam ad stuprum accipit, & Deo & episcopo eadem exiamenta debentur* (par mulcta & disciplina ecclesiastica subeunda est) *acsi consangvineam patruelem aut matruelem stuprasset.* Sic & alii in hoc casu tres argenti marcas (sive sex imperiales computu nostro) determinant. Kr. Z. 40. hefuir maðr guðsifuin sina at likams losta, þá sculo þau scilias oc ganga til scriptar, oc gialda hvert þeirra þriár merkor biscupi. i. e. *Si quis cum spiritualiter cognata libidinatur, illi sejungantur, disciplinam ecclesiasticam subeant, & tres marcas episcopo solvant.* Nec hac in re different ll. Sveciæ Vm. I. Kb. 24. §l. Nú kan man håfdha gudmodher sina åller gudhdotter sina, åller gudhzef sina, thón tu år swa bryta

bryta bótin biſkope thre marker, ok han radhe ſkript thera. i. e. *Si quis commatrem ſuam, filiam initialem, vel alia ratione ſibi ſpiritualiter cognatam ſtupraverit, uterque* (vir & fœmina) *hoc modo delinquens tres marcas ſolvat epiſopo, cujus etiam arbitrio diſciplina eccleſiaſtica illis eſt irroganda.*

§. 2.

Par eos pœna manebat, qui poſt contractam cognationem ſpiritualem nuptias fecerunt (*a*), hoc enim caſu magiſtratus ſacer matrimonium diſſolvit, certamque mulctam & pœnitentiam publicam interdum utrique conjugum irrogavit (*b*).

(*a*) Permagni olim interfuit, utrum c. f. ante an poſt nuptias contraheretur, veniam nonnunquam obtinuere conjuges factis demum nuptiis cognationem ſacram ineuntes, qui vero hac inita nuptiis coibant, non item, cum & divortio & aliis pœnis graviſſimis obnoxii eſſent.

(*b*) Ut externa ita noſtra quoque eccleſia divortium & mulctam præſcribit ſpiritualiter cognatis nuptias facientibus; ex multis unum nomino Ab. 'Gulap. l. 25. Ef madr verdr at hvi

því kunnr oc fannr 'at hann á guðsifuin sina, þá scal hann bæta fyrir þat mörkum þremur biscupi, láta af konunni oc ganga til scripta oc bæta við Krist. i. e. *Si hoc de aliquo cognitum compertumque habetur, quod ille spiritualiter sibi cognatam in matrimonio habeat, tunc multiam trium marcarum episcopo solvat, uxorem dimittat, disciplinam ecclesiasticam subeat, & Christo se expiet.* Hoc legum præscripto vixisse veteres ex historia notum est; Magni Ladulaas Sveciæ regis filius Waldemar uxorem duxit Thorgilsi nobilis Sveci filiam, verum cum aliquot abhinc annis enotesceret, à socero suo Waldemarum olim in baptismo oblatum, & proinde uxori spiritualiter cognatum esse, haud mora, res illis ad divortium rediit, ut diserte refert Messenii chronicon rhythmicum, cujus testimonium infra producam suo loco.

§. 3.

Porro si conjugum alteruter in necessitatis casu baptismum sive aliud sacrum officium filio suo præstabat, vanissima veterum severitas matrimonium legitime initum dissolvit (*a*), nisi interveniens magistratus superioris auctoritas & gratia ruptum illud vinculum resarciret (*b*).

(a) Non

(*a*) Non sibi religioni duxit externa ecclesia seculo nono & decimo, ut ob cognationem supervenientem foedus matrimoniale rescinderet. Walafridus Strabo seculi noni scriptor (apud Wilkium de fidejussoribus) *Quod si casu evenerit* (ut pater & mater pro filio spondeant), *non habebunt deinceps invicem carnalis copulæ consortium, qui in communi filio compaternitatis spirituale vinculum susceperunt.* Iniquissimum tamen hoc institutum non omne tulisse punctum indicat Alexander III. (c. 6. X. h. t.) de parentibus filium suscipientibus loquens. *Quamvis generaliter sit institutum, ut debeant separari, quidam tamen humanius sentientes aliter statuerunt.*

(*b*) Urgent quidem aliquot antiquæ leges nostræ hac causa conjugium vel saltem usum conjugii seperari, verum tamen non negant penes mamagistratum esse, ut re ita ferente aliter dispenset. Gg. Kb. 1. Ef faðir scirir siálfr barn sitt siúkt, oc skal hann scilia seing við konu sina, ef hann scilr eigi seing viþ hana, oc varþar honum fiorbavgs gard: sva scal fara um kvanfang hans sem biscup lofar. i. e. *Si suum infantem ipse pater baptizat, thoro conjugali abstineat, si non abstinet, fiörbögico suplicio abnoxius erit: de conjugio ejus continuando, quod placet episcopo, agatur.* Qui vero locus ab initio, ut mea quidem habet sententia,

rentia, conjugibus hoc casu divortium absolute imperavit, nam ultima clausula quæ matrimonii restaurationem episcopi arbitrio relinquit, ab Islandis junioribus addita videtur, quos & in aliis multis legem hanc interpolasse pene certum est, similem tamen restrictionem affert synchrona Norvegiæ constitutio Kr. 5. 5. casu necessitatis supposito: Sculo þa skálf skíra, með þeim hætti er fyrr var sagt, heldr enn hæiðit dóye, oc þyrmi við hiúnskap, þar til þa finna biscup, oc má hann losna þeim hiúnscap enn æi scilia. i. e. *Infantem priusquam profanus moriatur, ipsi* (parentes) *baptizent, & cohabitatione abstineant, donec conveniunt episcopum, qui ipsis cohabitare & non dissolvi permittere potest.* Cum igitur majores non probarent conjuges contracta cognatione sacra commorari, non mirum, quod serio caverint, nequis sive incommodis sive scandalis hinc oriundis occasionem daret.

§. 4.

Cæterum conjugibus ob dictas causas ab invicem diremtis, novas quærere nuptias licuit (*a*), quanquam interdum alia loca & leges hos in reliquum cælibes manere obligarent (*b*).

(*a*) Qui vel quæ ex occulto divortii ſtudio parentelam ſacram ſciens & volens contraxit, hunc à ſecundo arcet connubio noſtra de matrimonio Membrana (vid. §. 10.) eo ipſo ſubinnuens, quod hæc perpetui cælibatus poena alioquin minime perſtringeret reliquos ob cognat. ſpir. ſeparatos. Ex hiſtoria hic fieri mereretur Waldemaris Sveciæ ducis mentio, qui conjuge prima per c. ſ. orbatus (vid. §. 2. b) mox Haconis Norvegiæ regis ex fratre neptem ambivit; duce Erico Waldemaris fratre, alteram regis ſive cognatam ſive filiam ipſam ducente; fratrum illorum geminas nuptias ſponſasque formoſiſſimas laudat Meſſenii chronicon metricum pag. m. 118.

Ther wardt thera bröllop redt,
the vaniſta jomfrur man hafwer ſed,
woro ther, twa konungs döttrer,
en man war aldrig ſwa illa grötter,
at hans hiärta matte ey lee,
ſwa woro the wäna a at ſe;
hertug Erik, then fromma ok milde,
fick the han hafwa wilde;
then konungens broder dotter war,
henne fick hertug Waldemar;
ther war frögd ok mykin glädie,
the gärande ſingo god klæde. &c.

i. e.

i. e. *Ibi* (Osloæ) *illorum nuptiae parabantur; pulcherrimae virgines, quas quis unquam vidit, hic aderant, duae* (videlicet) *regis filiae; nemo dolore adeo affectus, quin iis visis cor ejus multum hilaresceret, adeo spectantem delectavit earum pulcritudo; dux Ericus fortis & liberalis, assumsit sibi maxime arridentem, quae vero regis è fratre neptis, duci Waldemaro nupsit; hic adhibebatur ingens laetitia & hilaritas, novi nupti decoras vestes acceperunt.*

(*b*) Ita Jus Canonicum non semel, ex quo tibi omnium instar sit. can. 2. C. 30. qv. I. ubi Nicolaus I. *Si quis filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore sua & aliam nunquam accipiat.*

§. 5.

Quæ circumstantiæ in cognatione carnali, illæ item in spirituali stupri pœnas interdum variabant, nam qui proximos gradus contaminavit, gravius, qui remotiores, levius punitus est (*a*); quanquam hæc regula non ubique valeret (*b*).

(*a*) Agnoverunt olim diversos cognationis sacræ gradus (vid. cap. III. §. 8.) quorum habito respectu

transgreſſores quandoque diverſas luebant pœnas. Ær. J. Liggr útlægð við ef maðer tekr guðmóðr ſina, eða guddóttr, enn fyrir alla aðra guðſifuia, er fyrr voro taldir, þá ſækiz maðr ſæm hann taki bræðrung eða ſyſtrung, bæði við Guð oc biſcup. i. e. *Exilium lege praeſcribitur, ſi quis commatrem ſuam, vel filiam luſtricam ad ſtuprum trahit; verum propter reliquos omnes ſpiritualiter cognatos ante numeratos mulctatur quisque, & Deo & epiſcopo, acſi ſororem patruelem vel conſobrinam vitiaverit.* Sic Ær. S. patrum luſtricorum cum initialibus fornicationem exilio punit, cum reliqui c. f. gradus tantum trium marcarum mulctam ſolverint: Þetta ero þær konor óſcyldar at frændſemi, at maðr værdr útlæghr ef hann tekr, ein er ſú at faðir manns átti, önnr at ſonr manns átti, þriðia at broðir manns átti, fiórða er móðir konu þeirrar er hann átti, fimta dóttir konu þeirrar er hann átti, ſetta ſyſtir kono þeirra er hann átti, ſeðunda ſú er þú hóſt or heiðnum dómi, eða hon þic, átta er ſú er vígſlu hefuir tekit, oc ſic Guði gefit, ſá er útlæghr er hænni ſpillir. i. e. *Hae ſunt mulieres cognatione* (carnali) *cuiquam non propinquae, quas qui ad ſtuprum trahit, exilio mulctatur, prima quam pater ejus in matrimonio habuit, ſecunda quam filius habuit, tertia quam frater habuit, quarta mater uxoris, quinta filia uxoris, ſexta ſoror*

uxoris,

uxoris, ſeptima quam tu de ethnicismo elevaſti, vel quae te elevavit, octava quae (vitæ monaſticæ) *initiata eſt, ſeque Deo dedit, exilio* (inquam) *obnoxius eſt quisquis eam vitiat.*

(*b*) Illata commatribus ſtupra, diſpari licet nexu cognatis, æqualia ſæpius cenſebantur, & candem ſubibant pœnam, cum aliis teſtis eſt Wg. L. Kb. 23. Håfdar man gudmodher ſinå, eller guddotter, eller gudſyſter ſinå, eller gudſiſwå ſinå, bôte biſcupi threa marker, eller dyli medh tolff manna edhz. i. e. *Si quis ſtuprat ſpiritualem matrem, filiam, ſororem vel* (quocunque modo) *ſpiritualiter cognatam, epiſcopo tres marcas ſolvat, vel duodecim hominum juramento culpam diluat.*

§. 6.

Qui monitus detrectavit nuntium remittere uxori vel concubinæ ſpiritualiter cognatæ, ipſius contumacia, pro diverſis ſui gradibus, graviores ſubiit pœnas (*a*), niſi quisquam falſo accuſatus ex legum præſcripto ſeſe purgaret (*b*).

(*o*) Hunc caſum conſilio prævenit Kr. V. 15. Ef maðr fær gudſifuin ſinnar, þá ſcal hafua til ſlíkar ſtefnor at ſcilia þau, ſem

 til

til frændsemis liggia, sitr um æina, bó- ti þriár merkor, sæx fyrir aðra, nyu fy- rir þriðiu, gera þeim bina fiórðu mánó- dar stefnu, sitia þau um þá, fyrirgert fe oc friði. i. e. *Si quis spiritualiter sibi cognatam duxerit, tunc illorum separationi tales termini præstituantur, quales ad consangvinitatem pertinent, si ultra primum terminum cohabitant, tres marcas solvant, sex marcas pro secundo, novem pro tertio, dein quarti mensis terminus ponatur, ultra quem si cohabitant, pace bonisque mulctentur.* Excommunicationem minorem his minatur Erici archiepiscopi Norv. ad Islandos epistola: Ef maðr tekr vitandi frændkonu sína eða sif kono at fimta manni, eða guðsifiu sína, þá kemr þar forboð fyrir ef æighi lætr af. i. e. *Si quis ad stuprum trahit consangvineam vel affinem quinto gradu, vel spiritualiter cognatam, excommunicationem minorem incurrit, nisi à fornicatione desistat.*

(*b*) Ol. Kb. 19. fl. Kánnis manni guzziuia lagh oc sighir ái guzziuia lagh wara, wári sik med med guzziuium sínum, sum a barnin hióldu, áru thón fran fallin, wári sik med tolw manna eð, oc tweggia manna witnum. i. e. *Si quis accusatur ob cognationem spiritualem* (cum oxore habitam), *quam tamen diffitetur, ipse sese compatrum suorum olim infantum offerentium consensu tueatur, his vero mortu-*

mortuis, jurantes duodecim & testes duos ad sui defensionem producat. Wm. L. Kb. 24. fl. Nu kan håfdh i koma oc kånnes gudzifwialagh, oc år åi, ware sik med tolf manna edhe. i. e. *Si quis aliquam stuprat, cui spiritualiter cognatus dicitur, nec tamen hoc verum est, ipse sese duodecim hominum juramentis defendat.*

§. 7.

Rigor tamen hic non semper ad eundem venit iniquitatis gradum, interdum satis fiebat legibus, si cognati conjuges solam lecti genialis communionem solverent (*a*).

(*a*) Ita fragmentum quoddam juris ecclesiastici, quod, si quis in confessione auriculari sacram sibi cum uxore cognationem esse faeatur, ei nec mulctam incesti, nec divortium præscribit, jubet solum ut confessarius illi secubitum vel cælibem lectum pœnitentiæ loco in tempus reliquum svadeat; en verba auctoris: Ef madr játar sig legit hafa náfrænd-konu peirrar er nu heldr hann, eða haldir barni hennar undir skírn, oc petta segir hann ordit hafa áðr hann geck at eiga pessa, pá á prestr at skripta honum pví, at aldreigi

 síðan

ſiðan búi hann líkamliga með þeſſari ſinni eigin konu, hvarſu ſem hann verðr þar til ſcyldaðr af henni. i. e. *Si quis ſe mulieris in matrimonio habitae propinquam ſororem ſtupraſſe, ejusve filium in baptismo ſuſcepiſſe confitetur, dicens quod tale quid ante contractum cum uxore ſua matrimonium acciderit, tunc parochus eum abſolvat, hac data conditione, ut nunquam deinceps huic ſuae uxori corporaliter conſveſcat, quocunque demum praetextu ab ea ſollicitetur.*

§. 8.

Quippe obiter notandum hic eſt, non inſolitum fuiſſe veteribus ut uſum conjugii tollerent, nihilominus ratâ & firma manente conjugii copula (*a*); quin fuere qui ſeverioris vitæ ſpontaneo exercitio liberum lectulum amarunt, nec uxoribus ſuis conſveverunt (*b*).

(*a*) Diſerto teſte Kr. S. 11. 7. Ef maðr á ſer æignar konu oc leggz hann með ſyſtr eða dóttr konu ſinnar, eða ſva ſkyldri konu, at hann mátti eighi æigha konu ſina ſiðan, þá heſuir hann fyrirfarit ſamlaghi þæirra um líkams loſta, oc þó ſtendr hit, helga hiunſcaps band meðal þæirra af Guds hálfo, enn hann ſækiz hværiu ſinni,

ni þrem mörkum er hann tekr aðra; sama mál á kona um þetta sem karlmaðr, meðan þau lifua bæði. i. e. *Si quis uxoratus cum uxoris suae sorore vel filia concumbit, vel cum alia quapiam adeo cognata, ut propterea uxorem in matrimonio deinceps habere non possit, tunc propter hoc facinus licentiam amittit voluptatem carnalem cum uxore habendi, sanctum tamen matrimonii vinculum inter ipsos adhuc ratum manet divinitus* (i. e. jure divino sive ecclesiastico); *quoties vero vir cum alia foemina rem habet, tribus marcis semper mulctabitur, par est mulieris ac viri culpa hoc respectu.*

(*b*) De hac continentia laudat Joannem S. episcopum Holanum etiamsi bigamum hujus vitæ: Hinn sæli Jón kvongaðiz sciótt eptir þat hann vígðiz til prestz, átti hann tvær konor, oc lifði hin fyrri litla ríð, við hverigri þeirra gat hann börn, ne nockurri kono annari, oc er þat margra manna ætlan at hann hafui með hveregri líkamliga fleckaz. i. e. *Beatus Joannes, postquam sacerdos initiatus est, mox matrimonium iniit, duas habuit uxores, quarum prior non diu vixit; ex illarum neutra, nec alia quapiam muliere, liberos suscepit, quare multorum sententia est, quod se cum neutra uxore corporaliter contaminaverit.* Edvardi S. Angliæ regis cælibem trigamiam meminit Jatvarðar s. h. Sva segia sann fróðir menn, at þær þriár meyar,

 sem

sem hann feck ser til eigin-kvenna, hveria eptir aðra, heldu hreinlífi af hans fortölum alla sína daga. i. e. *Ut perhibent testes de veritate certiores facti; tres illae virgines, quas ille* (Edvardus S.) *successivis matrimoniis duxit uxores, suasu ejus per omnes vitae dies castitatem servarunt.* Magnus S. Orcadum comes decem annos cum uxore virgine in conjugio vixit, ut referunt Jarlass. Hann bað ser einnar meyar, ennar dyrustu ætter af Skotlandi, oc drack bruðlaup til, bygði hann tíu vetor hiá henni, sva at hann spilti hvarskis þeirra losta, oc var hreinn oc flecklaus allra savrlífis synda, oc er hann kendi freistni á ser, þá fór hann í kalt vatn, oc bað ser fulltings af Guði: margir voro þeir lutir aðrir oc dyrligir mann kostir er hann syndi siálfum Guði, enn leyndi mennina. i. e. *Uxorem petivit puellam generis in Scotia praestantissimi, & nuptias cum illa fecit, postea per decennium sic cohabitavit cum illa, ut neutrius concupiscentiam vitiaret, purusque & impollutus ab omnibus libidinis peccatis maneret; verum carnis tentationem sentiens, descendit in aquam frigidam, Deumque rogavit, ut auxilium sibi ferret, fuere & alia multa* (pia exercitia), *& signes virtutes, quas ostendit soli Deo, & hominibus celavit.* Simile quid de Erico S. Sveciæ rege scribit ejus biographus Israel Erlandi f. cap. 5.

Cum propter jejuniorum & alia sacra tempora thoro reginæ sæpius abstinuisset, ipse ut incentiva carnis pullulantia reprimeret, frequenter, ac etiam hyemali tempore, in dolio aquæ frigidæ clam balneans, calida frigidis curavit. Frivola, inquis, & supervacanea pietas! sed mecum:

Crede pius veterum vana plus præstitit error
Notitiâ veri, qualis digressa parato
Tramite, in illecebras ruit, & secura supremi
Judicis, imperium servi sectatur Amoris.
Felix quisque sibi pugnat, mentisque rebelles
Sancta lege regit motus, hanc præmia palmam
Difficilem majora manent, laus nulla sequaci
Si facis ingenio caecaque libidine rectum.

Forte nostri sibi imitandum proposuerunt illud castitatis exemplum Josephi & b. Mariæ in obscuris traditionibus prædicatum. Mariu s. Eptir þat tóc Josep at boði engilsins Mariam

riam til sin festarmey sina, oc vardveitti hana oc sic at Guds fyrirhyggiu reinliga, frá allri munud líkamligri, enn eigi vill rókfamlig skilning segia, at Josep hafi gert brudkaup til ennar sælo Mario drottningar, enn þó unnuz þau af ǫllu hiarta. i. e. *Postea Josephus jussu angeli Mariam sponsam suam assumsit, & secundum providentiam Dei eam seque ipsum caste servavit, absque omni voluptate carnali, non vero firmis rationibus nitens judicium asserere potest, quod Josephus cum beata regina Maria nuptias fecerit, sed tamen ex toto corde inter se amarunt.* Taceo Paulinorum ordinem, à Gastalia Itala muliere fundatum, cujus non satis provido instituto frater & soror ad exercendam continentiam in eodem quieverunt lecto, custode interposita cruce, quæ mutuum contactum prohiberet, verum quæ non omnino prohibuit, quare pontifex Romanus pessimi exempli ordinem non inconsulto damnavit. vid. Alex. Rossen Gottesdienst in der gantzen welt. p. m. 558.

§. 9.

Ut à diverticulo redeam, omnis sacra cognatio vim eandem & pondus non semper habuit, fuere ejus species quæ à connubio ineundo, non item ini-

to

to spiritualiter cognatos arcebant (*a*), quin etiam, quæ suis locis nec impedire conjugium nec illud dirimere poterant (*b*).

(*a*) Catechismi cognatione matrimoium quidem contrahendum impediri, non vero contractum resolvi sec. XIII. statuit Bonifacius VIII. (c. 2. de cogn. spir. in 6.) *Per catechismum cognatio spiritualis contrahitur, per quam contrahendum matrimonium impeditur. . . . per illam tamen cognationem matrimonium post eam contractum minime separatur.* Sic ecclesia quoque Danica circa idem tempus hanc ipsam tenuit regulam, nimirum de prima signatione, quem actum, ut supra monstravi, latine catechismum vocarunt vid. cap. 11. §. 5. testis est membrana nostra de matrimonio. *Illa cognatio quæ contrahitur per catechismum adeo exilis est & invalida, quod vix impedit matrimonium contrahendum, nunquam autem dirimit contractum.* Ab initio tamen secus fuisse pœne per svadent mihi leges antiquæ, primæ signationi æquum cum baptismo & confirmatione effectum assignantes vid. cap. II. §. 3. (c). ita ergo legibus tunc demum cautum fuisse videtur, cum hoc c. f. dogma aliquatenus in dubium vocari cœpit. vid. pag. VIII. §. 5.

5. Ex recentioris catholicismi ſententia nullum c. ſ. genus nuptias ante factas ſolvit, ut infra docibitur cap. VIII. §. 6. 7.

(*b*) Cum ll. veteres de c. ſ. in ſuo amplexu agentes, unam vel alteram ejus ſpeciem ſilentio prætereunt, certum eſt quod hic neglecta ſpecies, per illam legem, prohibendi vel reſcindendi matrimonii vim nullam habeat. vid. cap. VI. §. 1.

§. 10.

Si quis captata divortii occaſione, vetitam cum conjuge cognationem ſponte & callido conſilio contraxit, idoneas abrumpendi matrimonii cauſas inventurus, vel illi ad vota ſecunda provolare eccleſia non permiſit (*a*), vel interdum conſtituit, ne ceſſaret conjugium ejusmodi fraudis cauſa (*b*).

(*a*) Hac arte ab uxore prima ſeparatum, poſſe aliam ducere, negat noſtra de conjugio membr. *Crimina multa ſunt quæ impediunt matrimonium contrahendum, ſic enim eſt inceſtus, item ille qui uxorem ſuam interficit, aliam accipere non debet, item qui inſidi-*

insidians matrimonio proprium filium de sacro fonte suscepit, ut posset privare conjugem carnali debito & copia sui.

(*b*) cap. 5. X. de cogn. spirt. *Si in fraudem hoc fecerit, causa matrimonii separandi, pœnitentiam pro præsumtione accipiat, matrimonio in sua firmitate durante,* can. 5. C. 30. q. 1. *Si conjuges legitimi unus vel ambo ex industria fecerint, ut filium suum de fonte susciperent, si innupti parmanere voluerint, bonum est, sin autem gravis pœnitentia insidiatori injungatur & simul maneant.* Similiter cum ex c. s. nuptias sequente nullum amplius divortium resultaret, hujus culpæ manifesti disciplinam ecclesiasticam subierunt, vid. cap. VIII. §. 6.

§. 11.

Sicut ipsi spiritualiter cognati, si nuptias contraherent, legibus obnoxii fuere, ita interdum nec culpa vacarunt illi, qui filias suas vel famulas in ejusmodi matrimonium collocarunt (*a*).

(*a*) Ostendente Rb. Wäst-got. I. 19. fl. Skilias hion tu at, älla rywa säst fore fränkunna spiäl,

spiål bôti badhen biskupi thre marker, skilias the fore gudzsiwa lagh, bôti then sum fåsti ålla gifftí, biskupi tre marker. i. e. *Si duo conjuges propter laesam consangvinitatem segregantur, aut pactum nuptiale rumpunt, uterque tres marcas episcopo solvat; si segregantur ob cognationem spiritualem, tres marcas episcopo solvat qui despondit* (sibi fœminam) *vel nuptum locavit.* Fœminas hoc casu impunes dimitti miramur.

§. 12.

Veteres igitur, ut ex dictis colligere est, temeratæ sacræ cognationis crimen vero incestu ne hilum levius sive tolerabilius judicarunt (*a*), quare qui hoc nomine ecclesiæ censuram merebantur, non à quovis parocho, sed juxta cum gravius peccantibus, â solo episcopo absolvi poterant (*b*).

(*a*) Incestu spirituali, ut ita dicam, quam naturali, atrocius peccari, & majorem inferri reatum censet Agr. b. t. Variz menn at spilla andleghri frændsemi, sæm ver kôllum gudsisuiar, pvíat par liggr sva mikit vid, en madr spilli nátturlighri skyldsemi. i. e. *Spiritualem cognationem, quam divinas affini-*

affinitates vocamus, corrumpere homines caveant, hic enim majus periculum subest, quam si naturalis necessitudo corrumpatur. Sic Zacharias Papa jam seculo VIII. (c. 2. C. 30. q. 3.) *Cum à propriâ consangvinitate jubemur abstinere, multo magis à spirituali nostri patris filia, omni excusatione aut argumento seposito . . . . ne in iram divini examinis incidat, siquis tali facinore mixtus minime restrinxerit fræna luxuriæ suæ:* Parentelæ spiritualis stupra gravissimis sceleribus comparat Francorum illa lex apud Boehm. l. c. §. 8. *Sciendum est omnibus quod conjunctio commatris spiritualis maximum peccatum sit, divortio separandum, vel peregrinatione perpetua delendum.*

(*b*) Magistratus superioris fuit determinare pœnitentias & pœnas huic aliisque gravioribus delictis debitas, secundum Agr. h. t. Má enghi maðr minni enn biscup lǒysa af banni þt sem maðr fellr i af lǒglighum sǒkum, sva sæm ef maðr leggr heiptughar hændor á lærðan mann, munk eða nunno, ... item sá sem opinber verðr at þvi, at hann spilli frændsemi eda sifscap, oc þeir allir karlar eda konor sem i meinbughum búa saman, oc eighi geta saman gipz eptir guðs lǒghum, hvart sem þát meinar

frændsemi eða sifskapr, andlighr eða veraldlighr, vigsla eða skylda til reinlifis. i. e. *Nemo episcopo inferior anathemate ob causas legitimas inflicto absolvere quenquam potest, exempli causa, si quis clerico, monacho vel moniali manus violentas infert, ... item qui cognationis aut affinitatis stupro violatae convincitur, omnesque viri & foeminae, qui in gradibus vetitis cohabitant, nec tamen jure divino cohabitare possunt, sive quod cognatio vel affinitas carnalis ac spiritualis, sive quod ordo ecclesiasticus aut coelibatus obligatio impedimento sint.*

§. 13.

Verum his non obstantibus, legum ad sacram parentelam pertinentium privatæ dispensationes in uno vel altero casu locum habebant (*a*), præcipuè si quod privilegium largitionibus quæreretur (*b*).

(*a*) Vergente jam seculo duodecimo accidit, ut divitis Islandi cum uxore cognatio palam fieret, quare Thorlacus S. illos tori communionem solvere, & ab invicem discedere jussit; Norvegiæ vero archiepiscopus famam hominis & dignitatem respiciens, matrimonium, licet legum præscripto dirimendum, in decem annos pro-

pe-

pagavit. Sturl. f. lib. III. cap. 38. integrum locum habes cap. VIII. §. 2.

(*b*) Non dubito quin olim clerus noster per cognationem spiritualem, ut similia instituta, quæstum suum colere noverit; quod pro suis quoque temporibus ipse Lutherus Pontificiis exprobrat, in libro Von ehlichen leben scribens (oper. Luth. tom. II. edit. Jen.) Wenn ich eine magd aus der tauffe hebe oder zur fermel trage, so kan ich oder mein son weder sie, noch ire mutter, noch ihre schwester, zur ehe nemen, es sey denn gar ein redlich und weidlich gelt da; Das ist doch ein lauter narrenwerk und alfentzen, nur umb gelts willen, und die gewissen zu verwirren ertichtet. i. e. *Cum ego puellam ex baptismo suscipio vel offero ad confirmationem, tunc ego meusque filius, nec ipsam nec matrem ejus, nec sororem ejus* (conf. cap. VI. §. 8. b.), *in matrimonium ducere possumus, nisi justa & larga pecunia adsit; verum ista sunt merae ineptiae & nugae, tantum pecuniae causâ; & ad turbandas conscientias, excogitatæ.* Et revera sic erat; cum enim circa prima reformationis tempora Misenæ episcopus cuiquam civi commatris ducendae veniam à papa peteret, hic habita deliberatione, decrevit ut deinceps spiritualiter cognati conjugii licentiam certo pretio redimerent, sicut refert b. Lutherus in sua ad Ihan v. Schleinitz epistolâ, cujus verba ante citata (cap.

 VI.

VI. §. 4. b.) his excipiuntur: Als hat er solches bey påbstlicher heiligkeit nicht erlangen kŏnnen, sondern påbstliche heiligkeit wolle es mit seinen cardinålen berathschlagen und beschliessen, wie es denn auch beschlossen seyn soll, daß in einem solchen fall ein bauer hundert, ein edelman zwey, ein graf vier hundert ducaten påbstlichem stuhle fůr eine dispensation reichen und geben soll. i. e. *Tunc episcopus à sancto papa hoc impetrare non potuit, sed sanctus papa cum suis cardinalibus de hac re deliberare & concludere voluit, quemadmodum etiam conclusum fuisse dicitur, ut in tali casu rusticus centum, nobilis ducentos, comes quadringentos ducatos pro ejusmodi dispensatione sedi pontificiae numeraret.* Mox addit: Wo hundert gulden so mågtig sind, daß sie das gesetz von der gevatterschafft aufheben, solte ie viel mehr die liebe, die Gott selber ist, so viel gelten, daß sie ohne geld umsonst ihrem nåchsten ein toll blind menschen gesetz aufhůbe. i. e. *Si centum aurei nummi tantum possunt, ut illam de compaternitate legem tollant, multo magis caritas, qualis ipse Deus est, proximi causa stultam & coecam hominis legem gratis & sine pecunia tollere poterit.*

CAP.

CAP. VIII.

De reformatione legum veterum ad cognationem spiritualem spectantium.

Synopsis.

§. 1. 2. Incommoda ex c. s. nata. §. 3. His obex positus. §. 4. Imminuto sponsorum numero. §. 5. Et occasionibus datis paucioribus. §. 6. Nuptias non solvit c. s. sequens. §. 7. Sed sola antecedens. §. 8. Novellæ Tridentinæ. §. 9. Lutherana reformatio c. s. rejecit.

§. I.

His consideratis quis non videt quot & quanta vitæ communis incommoda vano cognationis spiritualis scrupulo adhæserint; cum, ut audivimus, conjugium inter personas plurimas impediret, alioquin æquo Dei & naturæ jure contrahendum (*a*).

(*a*) Ut ex legis tenore fluxit necessario, episcoporum & parochorum liberi, sive ex uxoribus sive ex concubinis suscepti, omnes totius diœcesis vel parochiæ pueros, & si quos præterea pater, sacris initiaverat, fratres sororesque spirituales agnoverunt, ut adeo ex iis sponsos vel sponsas frustra quærerent: de parochis diserte Agr. h. t.: Sva má oc einghi prests son þeirrar kono fá, er faðir hans hefuir scírða, oc einghi prestsdóttir, þann mann er faðir hennar hefuir scírðan. i. e. *Nullus pastoris filius uxorem ducat à patre baptizatam, & nulla pastoris filia viro nubat, quem pater ejus baptizavit.* Et membr. nostra de matrimonio: *Quæritur autem si sacerdotis filius vel alterius viri, qui baptizavit puellam, possit contrahere cum ea, quam pater ejus baptizavit, respondeo, nequaquam, imo etiam si contractum fuerit matrimonium separandum est.* Vere igitur colligit Boehmerus l. c. §. 10. *Quod si presbyter filium habeat, palam est hunc cum infinitis puellis à patre baptizatis conjunctum fuisse spirituali cognatione, & ita per indirectum ab infinitis matrimoniis exclusum.*

§. 2.

Majus tamen malum & rei œconomicæ

micæ detrimentum attulit ſacra cognatio, quoties ejus cauſa matrimonium jam contractum inique reſcinderetur (*a*).

(*a*) Dubium non eſt quin legum ſeveritas heic uno & altero caſu ad plenam ſui excutionem venerit, & multa multis attulerit incommoda, cum majores noſtri illas cognationis ſacræ obligationes fictas eſſe & vanas facile ſuſpicarentur, eoque minus religioſe obſervarent; In laudibus Thorlaci S. hoc numerat ejus vita, quod plura illegitima ſolverit conjugia, ubi non minore veriſimilitudine cognatio ſpiritualis quam carnalis in cauſa fuiſſe judicatur: Hinn helgi Þorlákr biſcup ravf öll þau ráð á ſinum dögum, er hann viſſi at ólögum ráðin vera, hvert ſem i lut áttu meiri háttar menn eða minni. i. e. *Thorlacus ille ſanctus ſua aetate omnia diremit matrimonia, quae contra leges fieri cognovit, ſive divitum ſive pauperum cauſa ageretur.* Hic inter exempla alia haud dubie reſpicit biographus ad nobile conjugum par, quod cognationis poſt nuptias proditæ cauſa clerus dirimere voluit, & diremiſſet certe, niſi uxoris interveniſſet mors, quam, ut videtur, ſuboriens è metu divortii moeror acceleravit, rem geſtam referunt Sturl. ſ. III. 38. & epiſcoporum Skalholtenſium vitæ, ubi: Dóttir Klangs biſcups oc Ingvelldar Þorgilsdóttur (Odda ſonar) var Jóra, fyrri kona Þor-

Þorvalldar Gissurs sonar, þeim var bönnut samvist af kennimönnum vegna meinbuga, fór því Þorvalldr utan á fund Guttorms erkibiscups, oc leyfdi hann þeim saman at vera tíu vetur, enn at þeim liðnum skyldo þav scilia, hvert sem þeim þætti blitt eða strítt; þav unnu hvart ödru vel, enn þó best þann tiunda vetrin, oc þótti bádum mikit fyrir at scilia, enn Guð bænheyrði Jóru, þat hún þyrfti eigi lifandi at scilia við Þorvalld, þvíat þat sama ár dó hun. i. e. *Filia Klangi episcopi & Ingveldis Thorgilsi (Ottonii filii) fuit Jora, prior Thorvaldi Gissuri filii uxor; his sacerdotes cohabitatione conjugali interdixerunt, ob impedimenta de cognatione provenientia; Thorvaldus igitur peregre profectus, convenit Guttormum archiepiscopum, qui illis per decennium in matrimonio esse permisit, post hoc autem tempus sive volentibus sive nolentibus ab invicem discedendum fuit; illi hoc tempore inter se valde amarunt, sed maxime anno decimo, cum ex divortio faciendo magnum dolorem uterque caperet; Deus autem exaudivit Joram, precatam ne à Thorvaldo viva discedere cogeretur, nam eodem anno mortua est.* Thorvaldi & Joræ cognatio qualis fuerit, hic expresse non dicitur; probabiliter fuit spiritualis, quod Joræ pater Klangus episcopus Skalholtinus, Thorlaci S. antecessor, Thorvaldum jam puerum confirmaret, utpote dioeceseos suæ

&

& australis insulæ hominem, sicut enim à sacerdote baptizati, ita ab episcopo confirmati patris sui lustrici filios cognatione sacra tetigerunt, ut supra dictum est. Aliud hujus sacræ tyrannidis testimonium, hoc loco dignissimum, quod supra tetigi (cap. VII. §. 2. b.), ex historia Svecica oculis subjiciam, puta de Waldemaro nobili Sveco, qui post quadrienne conjugium, ex dicta ratione uxorem invitus dimisit; de horum nuptiis hoc scribit, sponsæque vicem miseratur chronicon illud Svecicum pag. 70.

Hans broder hertug Waldemar
wardt riddari, ok hans bröllop war,
Torgils Knutzsons dotter han tha fick,
thy wärr at henne sidan mißgick,
at hon skildis wid sin mann,
han wid henne, oc hon vid han,

i. e. *Frater ejus* (Byrgeris Sveciæ regis) *dux Waldemar tunc eques creatus est; nuptiasque celebrans filiam Thorkilli Knuti filii uxorem duxit; proh dolor! hoc conjugium illi male cessit, nam postea separabatur à viro suo, is ab illa, & ea ab illo.* Post noster pag. 89, aliis pro rerum gestarum serie intermissis, ad idem argumentum revertitur, causamque hujus discidii explicat:

Tha innan thet samma aar
tha skildis hertug Waldamar
wider sina husfruga,
som the adskilias, som ey mnga
samman wara, for the fall,
the jak kan nu ey nåmpna all;
jak weet wål at the skildis ey ath
fôr osâmia eller onda lath,
the hade thes gårna hafft fordrag,
the skildis ath for gudzsôwa lag,
henne fader hade han hallit
til Kristendom, thet hafwer wallit,
the war ung tha han them sammengaff,
ok wiste ther ente aff,
tha loswade biskopen them bade
at giftas, om them war thet til rade.

i. e. *Tunc eodem anno separabatur dux Waldamarus ab uxore sua, quo modo separantur, quibus cohabitare non licet, ob tales casus quos omnes hic nominare non possum, scio probe illos non separatos esse ob discordiam sive malos mores, haec certe passi fuissent; separati sunt ob cognationem spiritualem, mulieris pater illum* (generum Waldemarum) *tenuerat in baptismo, hinc illae lacrymae! juniores erant, & de ante-*

actis

actis incerti, cum pater illos copularet: tunc quoque ambobus permiserat episcopus jungi matrimonio, si ipsis expediret.

§. 3.

His ergo incommodis è sacra cognatione facile nascituris leges maturo consilio occurrere volentes, quandoque caverunt ut, quoties aliquis aliquam ambivit uxorem, in antecessum inquireretur, numqua naturalis vel spiritualis cognatio nuptiis eorum impedimento esset (*a*).

(*a*) Sicut fere fit hodie, ita olim sacerdos è suggestu nova connubia indicans, parochianos simul monuit, ut gradus vetitos, si quos nossent, ante nuptias deferrent, præcipientibus Ll. Kb. 15. fl. & Wm. l. Kb. 20. fl. ubi: Kumbår nokor innan than stámnodagh, then forfall wet i thy male med frändsame åller gudziwia lagh, tha ma åi pråster them soman vighia, fyr ån thet mal år utrônt. i e. *Si quis venit intra hunc terminum, qui hic subesse novit aliquid matrimonii impedimentum, scilicet carnalem vel spiritualem cognatio-*

nationem, tum presbyter eos non copulabit antequam haec causa examinetur.

§. 4.

Quin etiam ætas posterior cognationi sacræ latius indies disserpenti quadantenus obicem posuit (a); cum patrinorum numerum, hactenus nulla lege circumscriptum, in baptismo & confirmatione usque ad binarium reduceret (b).

(a) Leges ad c. s. pertinentes non nihil primum rigorem, remisisse cum dico, mea non est sententia, quod hoc per totam borealem ecclesiam factum sit simul & semel, sed successive; ut pleraque Romanensis ecclesiæ placita non nisi longo temporis tractu ubique introducta vel abrogata sunt. Cognationis sacræ obligationes inter primos mitigavit Jo. Birgeris f. primus Norvegiæ archiepiscopus, qui in vivis esse desiit anno 1159, hoc vero mihi persvadet tam legum & morum reformatio ab ipso facta, quam imprimis quod inter constitutiones post ævum Joannis confectas, ne una quidem ætatis superioris rigorem sequatur, confr. §. 6. (a) ab initio.

(b) Cum

(*b*) Cum aliis auctorem sequor Agr. h. t. qui necessitatis causa svadet, ut numerus sponsorum ad paucitatem redigatur: Ero þat xx bönd sem hiunscap meghu hindra, oc þi vari mænn sic, at sem fæstir halldi á hværio barni undir scírn æða biscups hönd, oc eptir heilagrar kirkio löghum, á ecki meir at hallda enn einn Karl oc kona. i. e. *Viginti sunt sacrae cognationis vincula, quibus matrimonium impeditur, quare omnes in posterum curent, ut quam paucissimi in baptismo vel confirmatione pueros teneant, quin secundum sanctae ecclesiae leges non plures quam vir unus & foemina tenere debent.* Plura vide de Baptismo cap. VIII. §. 8.

§. 5.

Cum in suis locis primus noster christianismus plurimas fingeret occasiones, quibus coaluit lustrica cognatio (*a*), secus ecclesia citerior nexum illum nuptiis obstantem in admodum paucis actibus sacris oriri voluit (*b*).

(*a*) Sex casibus cognationem spiritualem constitui docuerunt quidam veteres; Kb. G. l. 24. Gudsifiar ero sex, et ver skulum pyrmaz vid, sva sem frændkonum varum. i. e. *Sextuplae*

lae ſunt divinae cognationes, quas illaeſas ſervabimus; non ſecus ac habitae fuerint cum mulieribus nobis cognatis. vid. cap. 11. §. 4. (c).

(b) Recentiores tantum binas noverunt c. ſ. ſpecies, quæ ex baptismo & confirmatione proveniebant, cum ſec. XIII. exeunte definiret Bonifacius Octavus (cap. 3. de cogn. ſpir. in 6.) *De datione* inquit *aliorum ſacramentorum* (quam baptismi & confirmationis) *cognatio ſpiritualis neutiquam oritur, quæ matrimonium impediat vel diſſolvat.* Diu apud nos cognationem creavit prima ſignatio, non ſecus ac baptismus & confirmatio, at ſequenti tempore nullam ex prima ſignatione fluxiſſe parentelam probant indirecte ll. recentiores, illam ne nomine quidem tangentes. Similiter res habuit ſe in externa eccleſia, quæ catechismi (i. e. primæ ſignationis) cognationem primum religioſe ſuſpexit, ſed poſt ſec. XII. judicavit minoris eſſe valoris, & tandem penitus neglexit. vid. Boehm. l.c. §. 13.

§. 6.

Prætera leges huc ſpectantes in tantum mitigatæ ſunt, ut jam nuptis uſum conjugii non interdicerent, licet eorum

alter-

alteruter neceſſitate circumventus filium ſuum baptizaret, vel in baptismo teneret (*a*), tantum ad publicam pœnitentiam res rediit conjugibus, qui ſine cauſa & temerè conjunctioni carnis illam ſpiritualem admiſcuerunt (*b*).

(*a*) Poſt Joannem Birgeris f. etiam circa hæc ſententiam mutavit eccleſia Norvegica, ut manifeſtum eſt ex Kr. S. qui ad hujus archiepiſcopi decreta provocans dicit, lib. I. tit. 3. Sva hæfir Jon erkibiſkup loſuat, et ſva berz at, at kona verdr æinſaman ſtódd, þá er hon verdr barns lettari, oc er barn ſva úramtet, þat má æighi koma til fundar við preſt, oc er ecki annara manna ſva nær, at hiólp meghi væita barn þvi at ſcíra, þa ſcal hon ſcíra þat ſiálf, hældr enn óſcírt dóyi . . . . . oc eghi kona bonda ſinn ſem áðr, oc ſva ſcal faðir ſcíra hældr enn óſcirt dóyi, oc eghá þó kono ſina. i. e. *Id permiſit Joannes archiepiſcopus, ſi forte acciderit, ut mulier in ſolitudine conſtituta infantem pariat, & infans adeo langveat, ut parochum convenire non poſſit, nec vicini ſint alii homines huic infanti auxilium laturi, illum baptizando; tunc ipſa mater baptizet puerum priusquam ſine baptismo moriatur, ... & tamen maritum ſuum ipſa retineat ut antea; ſimiliter pater potius filium ſuum baptizet,*

tizet, quam sine baptismo moriatur, & tamen uxorem suam retineat. Kr. J. i. Enn þó at faðir eða móðir skíri barn sitt í þessum nauðsynium, þá skulo eighi þæsskyns guðsifiar scilia hiunscaps band þeirra. i. e. *Licet pater aut mater in tali necessitatis casu filium suum baptizent, tamen hoc cognationis spiritualis genus vinculum matrimoniale non dissolvat.* Kr. M. 3. Ef barn er með litlu lifui fædt, oc nær eighi presti, þá scal scíra hverr sem nær er staddr, iamnvæl faðir eða moðir, ef æighi ero aðrir mænn til . . . . . ber svavið, at faðir eða moðir scíra barn sitt i þæima nauðsynium, þá skulo þau eighi sakir þess kyns guðsifuia scilia hiúnscap sinn. i. e. *Si infans nascitur infirmior, nec sacerdos arcesci potest, tum quicunque praesens est, puerum baptizet, vel etiam pater & mater, si homines alii non affuerint. . . . Si vero accidit, ut in tali necessitatis casu pater aut mater infantem baptizent, tamen propter id genus necessitates matrimonium suum non dissolvant.* Rb. Helf. I. vid. de Bapt. II. §. 9. (*a*).

(*b*) Distinctionem notatu dignam affert. Agr. h. t. Þat er oc varðandis, at þótt hiunscapr sciliz sakir guðsifuia þeirra sem aðr varo enn hiúnscapr byndiz, þá sciliz þó ecki sá hiúnscapur sem áðr var bundinn, sakir þess sifskapar er, síðan kemr til, hverr sem hann geriz vitandi eða óvitandi, scal þeim

script

ſcript fyrirſetia ſem þat giðrir vitandi oc með velum. i. e. *Hoc etiam obſervandum eſt, qvamvis matrimonium dirimatur ob ſpiritualem neceſſitudinem, quae contracto matrimonio antiquior eſt, tamen non dirimitur matrimonium ante contractum, propter cognationem poſtea intervenientem, ſive à ſciente ſive ab ignorante initam, ei qui ſcienter & doloſè id facit, diſciplina eccleſiaſtica præſcribatur.* In hanc fere ſententiam it can. 6. C. 30. q. 1. de cognatione poſt nuptias facta: *Qui filios uxoris ſuæ de viro priore, dum chriſmantur ab epiſcopis, ſuper ſe ſuſtinet, ſi inſcientia fiat, licet ſit peccatum, non tamen usque ad ſeparationem conjugii puniendum eſt, lugeant tamen & digna poenitentia hoc diluentes, Domino dicant; delicta ignorantiæ noſtræ ne memineris.*

§. 7.

Iis ergo perſonis unice ætas hæc poſterior divortium imperavit, qui poſthabitis magiſtratus ſacri decretis ſuſtinuerunt nuptias facere, poſtquam cognationem luſtricam jam contraxerant (*a*).

(*a*) Recentiores hoc caſu illas ætatis ſuperioris leges ſequebantur. Kr. A. Hefir maðr gudſifia ſinn ac likams loſta, þá ſculo þau ſci-

H. liaz,

liaz, ganga til ſcripta oc gialda hvert peirra priár merkor biſcupi. i. e. *Si quis cum ſpiritualiter cognata libidinetur, diſcedant ab invicem, diſciplinam ſubeant, & epiſcopo tres marcas ſolvant.* Clarius Agr. h. t. At pat ſe yður pví lióſara, pá ſculo per vita, ſifſkapir peſſir ſem her fylgia, hindra hiunſcaps band, oc ſundr ſlita pó at ſaman bindiz. i. e. *Quo manifeſtius hoc vobis ſit, ſciatis quod iſtae ſacrae neceſſitudines, impediant conjugium, & ſi contrahatur, ſolvant.* Adde Kr. J. & Kr. M. Ex quibus videre eſt quod juniores quidem, inſtante neceſſitate, conjugatos cognatione ſpirituali jungi ſiverint, non item ſpiritualiter cognatos conjugio.

§. 8.

Omnibus retro ſeculis ſpiritualiter cognati, cum fornicarentur, & diſciplinæ eccleſiaſticæ obnoxii fuere, & qvemad modum ſupra vidimus magiſtratui ſacro certam ſolverunt mulctam (*a*), qvam vero tempora reformationi proxima non extorſiſſe videntur (*b*).

(*a*) Vid. cap. VII. §. 1. b.

(*b*) Id, ni fallor, oſtendunt Hóla biſkupa ſkipanir, ſive epiſcoporum Holanorum conſtitutiones,

tutiones, qvæ hic nullam quidem pecuniam, ſed tantum modo triginta dierum jejunium pœnæ loco nominant: (Iterum cognatio ſpiritualis, þat ero ſiſiar ef madr heldr barni mans til ſkírnar, eda undir biſkups hȯnd, oc er þat á þriá vega, . . . ſem Kriſtinn rettr enn nyi ſegir; fyrir þeſſar ſiſiar á at ſkripta ſem fyrir einfaldan hórdóm kárino, utan veniuligt er at vægia eptir atvikum um tiu nætur). i. e. *Iterum cognatio ſpiritualis, id eſt ejusmodi cognatio (quae contrahitur) ſiquis alterius filium in baptismo vel ſub manu epiſcopi tenet*, *quod* (genus cognationis) *triplici ratione fit*, ... *ſicut jus eccleſiaſticum recentius* (Arnæ epiſcopi) *docet; propter hanc cognationem* (ſtuprum in cognationis ſacræ gradibus intellige) *ſicut ob ſimplex adulterium, diſciplina eccleſiaſtica quarantenam praeſcribat, niſi quod uſitatum eſt, ut ſecundum circumſtantias decem noctes demantur.* Qvarantena, alias carena & carina, qvadraginta dierum jejunium; hinc noſtrum kárina, qvod tàm hoc ipſum jejunium notavit, qvàm metonymicè carcerem vel conclave templi anguſtum & incommodum, quo peccatores incluſi, per tempus definitum jejunio & cantandis hymnis pœnitentialibus vacarunt.

§. 9.

Denique novellas quasdam canonicas circa ſeculi decimi ſexti medium eo-

dem fcopo fancivit fynodus Tridentina, cum cognationis facræ hactenus probata diffufio ad arctiores limites redigeretur (*a*).

(*a*) Cognationem quæ fuperiore ætate tranfiit ad compatrum conjuges & liberos (vid. cap. III. §. 2), folverunt & abrogarunt patres Tridentini, definientes hunc nexum oriri tantum *inter fufceptores & baptizatum illiusque patrem & matrem, necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem & matrem.* Præterea hic cautum eft, ut foli ad fufcipiendum vocati compatres habeantur, alii minime, licet advolantes officium obtrudant fuum, vefternque luftricam tangant; *Quod fi* (inquiunt patres) *alii ultra defignatos baptizatum tetigerint, cognationem nullo pacto contrahunt.* Conferfis cap. II. §. 3. (*b*).

§. 10.

Noftra vero ecclefia, cum fe doctrinæ evangelicæ addiceret, illud cognationis fpiritualis figmentum, ut plura Romano-catholica ejusdem notæ inftituta, recto confilio dimifit (*a*).

(*a*) Cog-

(a) Cognationem spirit. fictam esse & vanam saniores etiam pontificii agnoverunt, è quibus Espenius (apud Boehm. h t. §. 10), quippe dicens *omnem hanc cognationem & inde resultans impedimentum esse ex jure mere positivo, idque satis ostendere variam disciplinam quæ diverso tempore in diversis ecclesiis circa hæc fuit.* Graviorem vero sententiam contra hoc dogma dixerunt theologi protestantes, Melanchthon de Conjugio, Beza de Repudio, Chemnitius in Exam. Conc. Trident. alii, quibus auctoritate sua prævivit ipse b. Lutherus, non semel adversus pontificios hanc caussam orans, inter alia (oper. Luth. tom. XVII. pag. 549. edit. Lipf.) Wer hat doch diese geistliche magschafft erfunden, anders dann allein menschlicher aberglaube, gezienıet es sich nicht dem tauffer, oder dem der aus tauffe hebt, die getauffte oder die so er aus der tauffe gezogen hat, zu der ehe zu nemen, warum ziemet es sich denn einen christen menschen eine christin zum weibe zu nemen, oder ist die magschafft grösser, die aus dem äusserlichen zeichen des sacraments entstehes, dann die aus dem sacrament selbst entstanden ist, ist ein getauffter nicht des andern geistlicher bruder? was für wunderliche sache bringen wir doch für? ..... freylich uns eine grosse schande wäre, wo es für die Türken oder

Heiden käme, daß unsre obersten häubter so blinde verstockte narren sind, und so unverschämt sich und uns alle zur schande setzen. i. e. *Quis quaeso hanc cognationem spiritualem excogitavit nisi humana superstitio: si non convenit ut baptizans vel ex baptismo suscipiens baptizatam vel ex baptismo susceptam in matrimonium accipiat, cur fas esset christiano christianam ducere uxorem? num cognatio ex signis sacramenti externis veniens, major est illa quae ex ipso sacramento nascitur, nonne baptizatus baptizati frater spiritualis est? quae nos dogmatum monstra obtrudimus? . . . . . certè magno nobis esset dedecori & maculae, si ad Turcarum gentiliumve aures perveniret, quod summus magistratus noster adeo stultitia obcaecatus & induratus sit, tantaque cum impudentia se ipsum nosque omnes ludibriis exponat.* Idem in libro Vom ehelichen leben (supra citato cap. VII. §. 13. (b). Sage mir, ists nicht grösser, wenn ich die tauffe selbst neme, denn wenn ich da zu helffe, so must ich nun kein christen weib nemen, sintemal alle getauffte weiber aller getaufften männer geistliche schwestern sind, durch einerley tauffe, sacrament, glauben, geist, Herrn Gott, und ewiges erbe . . . . . darumb laß das narrenwerck faren, und so du wilt, so nim, Gott gebe es sey gevatter, patte oder gevattern tochter, schwester oder wie sie sind, und halte diese ertichtete geltsüchtige ursach für nichts, hindert dich

dich das nicht, daß die magd christen ist, so laß dich weniger hindern, daß du sie getaufft, geleret, aus der tauffe gehaben hast. i. e. *Dic mihi, quaeso, majus ne est, quod baptismum accipiam, quam quod illum administrem, itaque nullam christianam foeminam uxorem ducere mihi licet, quandoquidem omnes baptizatae omnium baptizatorum sorores spirituales sunt, propter idem baptisma, sacramentum, fidem, dominum Deum & aeternam haereditatem . . . . propterea missas fac illas ineptias, & si modo vis, sume uxorem, sive Deo volente commater sit, sive filia spiritualis, compatrum filia aut soror, vel quaecunque demum fuerit, & impedimenta illa pecuniam venatura nihili facias: si te non impedit quod puella christiana sit, multo minus impediat te, quod illam baptizasti, docuisti,* (vid. cap. II. §. 5), *aut ex sacro fonte suscepisti.*

Hinc cum anno 1612 Germanus quidam, ut videtur confessionis augustanae, filiam spiritualem sibi desponderet, fraterque illius, mota forte controversia, consistorii supremi sive Dresdensis sententiam de hoc negotio requireret, responsum dabatur (Carpzovii Jurisprud. consistorialis, lib. II. defin. 84). Es will der wieder eingewendet werden, daß, weil bemelter euer bruder die braut aus der tauffe gehoben, dergleichen verlöbnüß nicht bestehen könne, wenn mun gleich

solches geschehen, und euer bruder der braut pathe ist, so wird doch dessen ungeachtet daß verlöbnüß vor rechtmässig gehalten und durch den offentlichen kirchgang und trauung von ihnen billich vollzogen. i. e *Forte hic objicitur ejusmodi sponsalia non posse rata haberi, quandoquidem ille tuus frater sponsam suam è baptismo susceperit, verum si vel maxime res ita habeat, fraterque tuus sit sponsae suae patrinus, nihilominus his insuper habitis pactio illa matrimonialis legitima censetur, perque solennem in templo ritum & sacerdotalem benedictionem recte ab illis executioni mandatur.*

APPEN-

APPENDICULA.

De cognatione legali.

Synopsis.

§. 1. Cognatio legalis qualis. §. 2. affecit adoptantes & adoptatos. §. 3. Conjugium impedivit. §. 4. Adoptantes quinam legitimi. §. 5. Cognationem legalem non curamus.

§. I.

Cum de parentela ſacra dixerim, coronidis loco pauca addam de cognatione legali, ſive ut quidam vocant civili vel adoptiva (*a*), quandoquidem hæc non ſecus ac illa enormis & paradoxa hodie merito judicatur, noſtrisque majoribus fuit nota (*b*).

(*a*) Definit illa de matrim. membrana: *Cognatio legalis eſt quædam proximitas ex adoptione veniens.*

 (*b*) Judice

(*b*) Judice nostro quod laudavi monumento, ubi mentio fit cognationis legalis, hanc tamen apud nos levius observatam fuisse crediderim, quia in legibus sermone vernaculo scriptis nequidem nominatur.

§. 2.

Cognatio legalis primo locum habuit inter adoptantem & adoptatum, secundo inter adoptivum & adoptantis filiam carnalem, tertio inter adoptantem & adoptati uxorem, vel etiam inter adoptatum & uxorem adoptantis (*a*).

(*a*) De his c. l. gradibus prohibitis auctoris nostri verba sunt: *Species adoptionis sunt tres, prima in linea descendencium adtenditur inter me adoptatorem patrem & filiam meam vel neptem adoptatam; secunda quæ ex latere veniencium inter filium meum naturalem & filiam meam adoptatam; tercia legalis affinitas inter me & uxorem filii mei adoptivi, similiter inter filium meum adoptivum & uxorem meam.* Plures tamen hujus cognationis gradus numerat Böhmerus h. t. §. 1. 2. quem vide.

§. 3.

§. 3.

Qui civili cognatione vincti, à contrahendo invicem matrimonio arcebantur (*a*); verum tamen filius carnalis adoptivam patris sibi connubio jungere potuit, postquam adoptator alterutrum è patria potestate dimiserat (*b*).

(*a*) c. 1. X. de cogn. leg. *Si qua per adoptionem mihi soror esse coeperit, quandiu durat adoptio inter me & ipsam, nuptiæ consistere non possunt.* adde. can. 1. C. 30. q. 3.

(*b*) Hic sensus membranæ nostræ est dicentis: *Cognatio legalis in secunda specie etiam pedit* (impedit) *matrimonium, quam diu sunt in potestate ejusdem patris tantum* (non ulterius); *in prima vero & tercia omni tempore impedit indistinctè.* Clarius c. 4. C. 30. q. 3. *Per adoptionem quæsita fraternitas eo usque impedit nuptias, donec manet adoptio, adeoque eam quam pater meus adoptavit & emancipavit, potero uxorem ducere, æque ac si me emancipato illam in potestate retinuerit; itaque volenti generum adoptare, suadent ut fili-*

am

am emancipet, similiter suadetur ei qui velit nurum adoptare, ut emancipet filium. In gradibus reliquis matrimonium, ne soluta quidem adoptione, concessum esse videtur.

§. 4.

Cæterum quò cognatio legalis locum haberet, oportuit ut persona adoptans jus & potestatem adoptandi haberet (*a*).

(*a*) Adoptantes quinam legitimi sint qui secus, definit membrana nostra: *Adoptare potest paterfamilias qui sui juris est, & qui generare potest, nam qui generare non potest, ut spado & frigidus, non potest adoptare, item nec ille qui minor est viginti annis . . . . . mater adoptare non potest, nisi ex rescripto principis in solacionem filiorum amissorum ei conceditur.* Spadonem patris adoptivi loco haberi posse negat noster, ut hoc etiam respectu pondus habeat illud Claudiani scomma in evnuchum:

— *ducas nubasve licebit,*
Nunquam mater eris, nunquam pater. etc.

§. 5.

§. 5.

Cognatio legalis etiamnum suis locis apud pontificios valet, cum vero hæc nec in divino nec in naturæ jure fundamentum habeat, juxta cum cognatione spirituali à protestantibus rejecta est (*a*).

(*a*) Vide Böhmerum h. t. §. 3. unicum hic transscribere lubet b. Lutheri de hoc cognationis genere judicium, è libro Vom eheli-chen leben, supra aliquoties citato, ubi: Die vierte Ursach ist die weltliche freund-schafft, nemlich wenn ein frembd Kind zum son oder tochter wird aufgenoñen, das kan sich darnach nicht verheirathen mit desselbigen mans oder weibs kin-der, oder seine weltliche geschwister ne-men, das ist auch ein menschen thand und nichts werd; darumb halt es ob dichs ge-lüstet, es ist weder deine mutter noch dein schwester für Gott, da du frembds blut bist; doch es dienet auch in die kuchen, und giebt gelt, darumb es auch verbo-ten ist. i. e. *Quarta causa* (matrimonii non contrahendi) *est cognatio civilis, nimirum cum aliquis in externa familia natus pro filio vel filia adoptatur, ille postea cum viri ejus aut foeminae*

foeminae (i. e. adoptantium) *liberis matrimonium inire, five civilem fratrem aut fororem fuam accipere nequit: haec etiam hominum vanae traditiones funt, nihili faciendae; propterea crede fi vis quod haec coram Deo nec mater tua, nec foror fit; quandoquidem alieni fangvinis eft; nihilominus* (hoc interdictum) *infervit culinae, pecuniamque parat, quare etiam fancitum eft.*



ADDEN-

ADDENDUM.

Cap. VII. §. 5. b. infine: Sic episcoporum Holanorum ſtatuta, licet ſacerdotum fornicationem cum una quam alia ſpirituali cognata graviorem agnoſcant, tamen eandem ubique definiunt pœnam: (Iterum ef preſtr falleraz med ſcripta dóttur ſinni; iterum þyngra ef preſtr falleraz med þeirri konu ſem hann heſir ſcirt barn hennar; iterum þyngſt, ef preſtr kemr í bland med þá konu er hann heſir ſcírt, oc liggia þar til tuær Kárinur). i.e. *Iterum ſi ſacerdos peccat cum filia poenitentiali; iterum, quod gravius eſt, ſi ſacerdos cum illa muliere peccat, cujus baptizavit filium; iterum, quod eſt graviſſimum, ſi ſacerdos cum illa muliere conſvetudinem habet, quam ipſam baptizavit; tunc illi* (in omnibus illis caſibus) *duae quarantenae praeſcribantur.* (Conf. cap. VIII. §. 8. b.)

CORRIGENDA.

pag. 9. lin. 10. lege ficut
15. lin. 19. l. valorem
22. lin. 1. l. Kr. Z. tit.
25. lin. 22. l. privigni.
27. lin. ult. l. Cæleftinus.
50. lin. 8. l. loqneudi
54. lin. 22. l. capitis
55. lin. 1. l. fimili
61. lin. 13. l. injecerunt
63. lin. 21. l. comatre
72. lin. 2. l. initialem
- - lin. 11. l. baptizatum
- - lin. 15. l. gevatter
80. lin. 6. l. fpondeant
92. lin. 1. l. corrumpere
95. lin. 10. l. permanere.

GLOSSARIUM

UBI

EXPLICANTUR et BREVIBUS ETYMOLOGIIS ILLUSTRANTUR PLERÆQUE VOCES ANTIQUÆ, IN HAC DIATRIBE OCCURRENTES.

L. B.

Glossis syntagmati de Baptismo annectendis cum operam darem, fuere quibus hoc meum consilium sese non probavit, cum dicerent glossario hic non esse locum, neque illud adeo mancum et angustis mei instituti circumscriptum limitibus ullo in pretio futurum; quæ vero rationes me non permoverunt, ut ab incepto desisterem, locumve facerem his monitis, utut bono animo datis; si enim, mecum cogitavi, ad industrium lectorem ex hac mea opella aliquis unquam redierit usus, cur quæso me illam perdidisse vel male hic collocasse æquus nostræ veteris literaturæ æstimator judicabit? immo vero neque judicavit, dictis enim etymologiis in publicum prodeuntibus,

 aliòs

alios inter viri quidam magni nominis et doctissimi meos probarunt conatus, et plura hujus argumenti specimina, cum similis recurreret occasio, me dare monuerunt; hæc, quantulacumque sunt, auxilio fore sperantes majora molituris. De ipsorum ergo sententia capto rursus consilio ad idem me revocavi institutum, brevem jam addens mantissam; quæ tam usitatas quam primas et nativas vocum hic obviarum notiones evolvit, exemtis tamen quibusdam notioribus, utpote iis dictionibus, quas habes priori glossario explicatas; illas enim hoc loco recoquere non visum est, nisi quoties meam sententiam novis argumentis vel illustrandam vel corrigendam ducerem, quin etiam hac occasione vocabula aliquot supernumeraria hic illic inserui, quæ tamen à meo instituto aliena non sunt judicanda, quatenus reliquis etymologiis sive hic sive in gl. s. datis, nonnihil lucis foenerent.

Ling-

Lingvarum ego cognatarum harmoniæ usquequaque animum adverti, præcipua tamen cura in foecunda patrii sermonis stirpe quærens vocis cujusque genus et originem idque tanto sæpe successu, ut ulterioris indaginis laborem evaderem, simul ac supervacuas et prolixas incertarum conjecturarum ambages, quæ irrito fere conatu quod ante pedes positum, procul sectantur. Itaque licet hæc mea glossemata concisa plerumque sint, nec multo eruditionis philologicæ apparatu sese commendent, sua tamen brevitate tantum opinor subinde præstabunt, quantum facunda reliquorum glossographorum verbositas, quæ vastam quidem lectionem prodit, multijugemque doctrinam, non vero semper in conjicienda vocum genesi satis felix et acutum ingenium, quo duce vel doctissimo etiam etymologo peropus est; viris tamen doctissimis in tot etymorum analysi glaciem felicissime

 fran-

frangentibus, ficubi offenderint, eo lubentius ignofco, quo magis meis viciffim erratis, quæ oculum quandoque fefelliffe non diffimulo, dari veniam et mitem de iis cenfuram ferri velim. Quod fupereft, licet hodie pro temporum rerumque noftrarum ratione adhibitam rei antiquariæ diligentiam vix fit quod acuat, fiquidem ab hifce ftudiis plurima vulgi literati pars jam oculos fere dejecerit, me nihilo minus operæ pretium habere exiftimabo, fi modo harum literarum amantes meam non dedignantur qualem qualem induftriam; cum ego, de aura illa populari minus folicitus, iftorum quamlibet paucorum æquius judicium fatis habeam.

Hafniæ id. Novembris 1771.



Abbreviaturæ.

B. m. s.	Banda manna saga
E. S.	Edda Sæmundar
E. s.	Egils s. Skalla Gríms sonar
Gg.	Grá gás
Gr. s.	Grettis saga
Hk.	Heims kringla
H. m.	Háva mál
H. s.	Hákonar saga Hamla
J. s. h.	Jóns s. helga
Kn. s.	Knytlinga s.
Kr.	Kristinn-rettr
Lafr. s.	Lafrans saga
m.	mál
Oddr. gr.	Oddrúnar grátr
Ol. s. H.	Olafs s. Helga
Ol. s. T.	Olafs s. Tryggva sonar
s.	saga
Sól. l.	Sólar lióð
St.	Stiórn
St. s.	Sturlunga saga
Sv. s.	Sverris saga

Præterea.

A.	- -	Anglicè
Al.	- -	Alamannicè
Arm.	- -	Armoricè
AS.	- -	Anglo-Saxonice
B:	- -	Belgicè
Camb.	- -	Cambricè
D.	- -	Danicè
Fenn.	- -	Fennicè
Fr.	- -	Francice
Gall.	- -	Gallicè
Ger.	- -	Germanicè
Gr.	- -	Græce
Heb.	- -	Hebraicè
Isl.	- -	Islandicè
It.	- -	Italice
Lat.	- -	Latine
N.	- -	Norvegicè
Sv.	- -	Svecicè
Ulf.	- -	Ulfilæ N. T.
gl. ſ.	- -	gloſſarium ſyntagmatis
q. v.	- -	quod vide
i. q.	- -	idem quod



A.

Aatta, possideo, in matrimonio habeo (VIII. 6. a).

a non, sequente vocali at, utrum que fere verbis postponitur, e. g. skala non debet (V. 5. a), for at ek non ivi (V. 1. b). Alias præcedente vocali sæpe (non semper) syncope intervenit, e. g. vildit noluit, vildot noluerunt, pro vilde at, vildo at.

adili, aþili, vox juridica, eorum alteruter qui coram judice litigant, aþili sakar actor causæ, vel accusans, aþili varnar defensor causæ, vel reus, Eg. Vi vocis aþili pars principalis ab adall genus, natura, origo.

áðr, prius (III. 2. a), alias endr ante. gl. synt.

áhalda et halda á, suscipere initiandum, patrinum agere.

allr omnis, totus (II. 1. a.) vid. gl. s. 2) allr absolutus, finitus; 3) mortuus, definitus; H. s. þá var öll vinátta þeirra, jam tum amicitia

eorum penitus cessaverat; er hann var allr ipso mortuo St. Similiter Sveci *hæsten blev all*, equus moriebatur; et Germani, *da wurde sein geld alle*, tunc deficit eum pecunia.

ann unna faveo, ex favore concedo; unnuz invicem amarunt (VII. 8. b). Al. *onnen*, AS. *unnan*, indulgere. vid. gl. f.

annar-tveggi, alter uter (V. 6. a), pro annar tveggia alter duorum, tveggi nominativus anomalus, à tveir duo, gen. plur. tveggia.

aptan, vespera, posterior diei pars; ab aptan pone, post; vel sic dicitur de reditu solis, qui tunc occasum repetit, ab apa, opa retroire, conf. gl. f. in v.

aptr iterum retro. Hinc et aptra resistere, retardare, et addit â aspiratione hapt retentatio, pedica, compes, hepta retentare, impedire, Impedicare.

ár annus (VIII. 2. a); Wachter et Ihre ár annus ab ár annona deducunt, sicut lat. *messis*, annum sæpe notat; sed non minor probabilitas etymon alliud parsvadet. vid. gl. f.

ári, árr m. minister (V. 3. a), ubi konungs árar ministri aulæ et amici regis, AS. *ar* minister, nuncius, it angelus, Gl. I. 53.

Er lavnsigr
enn lómgedi
Aso árr
of jöfri bar.
Cum insidiosam victoriam
ille abstruso ingenio

Asæ

Aſæ miniſter
à rege reportaret.

Hic Aſo ár, Aſæ reginæ cubicularis (ſko-ſveinn), per quem illa marito ſuo Gudrodo necem attulit. Hodie ári cacodaemonis miniſter, plur árar et ærir daemones, mali angeli. St. Antonius ſ. Feandinn oc hans ærir, er fliugandi fara um loptit, Satanas et angeli ejus, qui coelum pervolant. Subſtantivo cognatum eſt adj. árr laborioſus ſtrenuus, alias errinn idem. Vid. Hymis kv.

áſt favor, amor (V. 5. a) gl. ſ.

at ad, varie ſumitur, heimti at henni, ab illa poſtulavit (V. 3, a); at guds ſifium, ob cognationem ſpiritualem (V. 5. a); at bodi engilſins, juſſu angeli (VII. 8. b).

átti octavus (VII. 5. a), Ger. *achte* idem; hæc forma etiamnum apud Islandos ſuper eſt in átti dagr dies octavus, i. e. Octava natalitiorum, ſive Calendæ Januarii.

B.

band viriculum, hiuſkaps band copula matrimonialis; plur bǫnd gradus conſangvinitatis (III. 6. a). gl. ſ.

bann interdictum, it *bannus* (VII. 12. b), banna prohibeo (VIII. 2. a). gl. ſ.

bard n. projectura, margo, vel excurſus rei in latitudinem explicatus, it ſuperior pars de puppi et prora inſtar dorſi exſerta. Ol. ſ. T. II. 228. hinc bardi navis HK VI. cap. 118. AS. *barth* navigium. Cognatum eſt bord margo, ora, extenſio, it latus navis, et ſynecd. navis ipſa.

A **barð** natum videtur, **barða**, hodie **bredda** securis lato ferro, (quod Ihre à **bería**), nec non AS. *bard*, Ger. *bart* barba, de mento et genis sese explicans. conf. gl. s. in v. **borð**.

barð máni luna navis, i. e. clypeus, phrasi poëtica (V. 1. b); poëtæ clypeos salutabant solem, lunam, lumen, navium, quod hæ clypeis ab utroque latere suspensis ornari solerent.

barn proles humana (II. 1. b), à **bera** ferre, it eniti, parere, inde **burðr** onus, it foetus, lat. *partus*. Ab eadem radice habemus **bór**, **bur** filius, AS. *byr* infans, unde Græci fecere suum παῖς, Dores πὸϱ, Latini *por* et *puer*. His quam simile sit Hebr. et Chald. בַּר filius, quis non videt?

bast philyra, sive tenuis illa tunica inter corticem et lignum (V. 1. b), ubi **emk bleikr sem bast**, philyræ instar pallidus sum. Fere ut Chronic. Rhythm. *tha bliknade Erik som en bast*, tunc expalluit Ericus velut philyra. Proprie **bast** vinculum, funis, à **binð** batt vincio, ligo, de philyra vero dicitur, qvod vincula inde conficiantur: **vǒlundar kv. Sá á bast bauga dregna**, viderunt annulos funiculo suspensos. Sic Ger. Dan. Svec. etiamnum *bast* utroque sensu.

ber bar fero, **berz at** accidit contingit (VIII. 6. a) **atburðr** casus, gl. s.

bersǒgli aperta liberaque locutio, παῤῥησία (V. 1. b), **bersǒgull** qui sine dissimulatione sensus suos aperit, et in primori fronte animum gestat; à **berr** nudus, apertus, ingenuus, **segia** dicere.

bið

biartr clarus, ferenus, Ulf. *bairht*, AS. *bearht*, *byrht*, Fr. & Al. *beracht*, *brecht* idem, adde Camb *berth* nitidus, pulcher. Hinc nobis **birti**, m. **birta** f. lumen, claritas.

bid bad oro, peto, conf. gl. f. **bad fer meyar**, virginem ambivit (VII. 8. b); dicunt etiam Sveci, *bedias til* procari; hinc **bidill**, procus, ficut hæc latina vox à precando facta videtur; adde adj. **beidr** qui procatur. **Alta mál.**

> **beidr for ec heiman,**
> **at bidia þín Godrún.** i. e.
> Procus (vel procaturus) domo ivi,
> te uxorem ambiturus o! Godruna.

bid beid maneo, exfpecto; Ulf. *beidan*, Al. *beitan*, AS. *bidan*, *gebidan*, A. *abide* manere, Camb. *bod* effe, manere, inde nobis **bid** mora, Camb. *bod* manfio. 2) **bída** confequi (V. 1. b). 3) **bída** perferre, paffim occurrit, q. d. expectare donec tranfeat malum, hinc Lat *pati*: **medan hann beid beßa kvól**, dum cruciatum illum pateretur, **Volf.** f. 4) imperf. **bídr** reperitur, five reperit quis, **þar bidr engan eitr orm**, nullum reptile venenatum ibi reperitur, **St.** **flo alla þá menn er i borginni beid**, cecidit omnes, qui in urbe reperti funt, ibid.

biskup epifcopus; **halda undir biskups hönd**, confirmandum offerere (III. 2. a).

bleikr pallidus, albicans, AS. *blac*, Ger. *bleich*, D. *bleg*, A *bleak* idem, convenit **blika** albicare, fplendere, micare, **bleikia**, Dan. *bleege* dealbare, **blik** dealbatio. **Fridþ.** f.

blidr comis, mitis (VIII. 2. b), AS. *blithe*, Fr.

A. *blith* jucundus, comis; et n inserto Lat. *blandus*; cognata sunt blavtr mollis tactu, blavdr Dan. Sv. *blöd* mollis animo.

borgan sponsio (V. 1. a), proprie ejus, cui fides datur, protectio, ne decipiatur; borga Ger. *bürgen* fidejubere, ratum facere, à damno cavere, rad. berga, biargia servare, tueri.

bót emendatio, it reparatio damni (V. 1. b), plur. bœtur mulctæ (VII. 1. b) ab obsol. *bat* vel *bas* bonus, apud Wachterum.

brest brast dissilio, rumpor V. 1. b), Ger. *bresten*, *bersten*, *börsten*, D. *briste* idem. 2) bresta crepare, fragorem edere, cui affine brasta gloriari, magna loqui, sicut eodem sensu interdum sumitur Lat. *crepare*. Bm. s. þeir brasta allmikit, plurimum gloriantur. Sed. Dan *bryste sig*, Ger. *sich brüsten*, superbire, inflari, alio spectant.

bróderni fraternitas, fraternus amor, sic móderni maternitas, maternus affectus, faderni paternitas, quod vide.

brud, brudr f. sponsa, Ulf. *bruth*, As. *bryd*, Ger. *braut*, cet. Alioquin nobis satis usitatè brudr matronam uxoremque notat, et ni fallor, vox celticæ originis est; cambris enim dicitur *priod* proprius, et substantive uxor, q. d. propria, *priodi* appropriare, it uxorem ducere, viro nubere, ut me docet Davisii ling. Britannicæ Lexicon, Bibliothecæ Langebekianæ cimelium, quod Wachtero et Ihre non fuisse in manibus, ex ipsorum circa vocis allatæ etymon incertis conjecturis liquet. Ad locutionis celti-

cæ

cæ ſimilitudinem, nobis eiginn madr maritus, eigin kona uxor vocantur.

brudkaup nuptiæ, q. d. emtio ſponſæ, uxores enim legitimæ, non item concubinæ, olim emebantur certo pretio ſoceris ſolvendo, ut videre eſt ex Æg. ſ. capp. 6 & 9. Ab hac veteri conſvetudine hodieque dicitur kaupa paciſci uxorem, i. e. ſponſalia agere, kaup öl epulum pactionis, ſive ſponſalia.

brud-laup pompa nuptialis, nuptiæ, (VII. 8. b) AS. *bryd-loppa*, Dan. Sv. *brollop* idem, vi etymi accurſus ad ſponſam, nam ſponſus jam nuptias celebraturus in villam, ubi aderat puella, multa cum magnificentia et comitum amicorum turba ſeſe contulit, qvalis pompa alioquin brudgumna reid, i. e. ſponſi equo vecti adventus dicebatur.

brædrungr patruelis, patrui filius (VII. 1. b), pl. brædrungar patrueles, fratrum filii, Sv. *brullunga*, *bröllunga* idem.

bui m. colonus, habitator (V. 5. a), inde fiónbui incola Fionæ.

by bio paro, it habito cohabito, búa med, concumbere (VII. 7. a).

byggi bygda ædifico, ſtruo (VI. 3. b), it habito, cohabito (VII. 8. b).

byrdi onus, id quod fertur (V. 1. b), ubi nidbyrdi nani onus, i. e. coelum, Mythologiæ noſtræ coelum à nanis quatuor ſuſtineri referunt.

D.

dómr judicium, it conceſſus judicum (V. 6. a).

dreck drack bibo **drack brudlavp** nuptias bibit vel celebravit, (VII. 8. b). Sic **drecka erfi** agere epulum funebre. , Vocis etymon alii evolverunt.

drengr vir (V. I. b), Dan. Sv. *dräng* puer, famulus; junioribus interdum **drengr** humuncio, homo nihili, **Ol** f. **T.** II. 28. dicimus **opt er drengr i dánumanns ætt**, in hominis probi familia, fæpe aliquis homuncio eft; præftantes viri non raro filios vel fratres degeneres habent. Secus antiquis de forti et præftanti viro vox hæc fere fumitur, quare ill. Ihre etymon fupponit **þrek** robur: mihi **drengr** fenfu antiquiffimo farelles, minifter, *Edda*. **þeir heita konungs drengir, er hanum þióna**, regis fatellites dicuntur, qui ei miniftrant. Sic **far-drengr** comes, nuncius, accedit Gr. τρόχις curfor, nuntius, it famulus pedifeqvus.

drifa confluxus, quævis ruens multitudo, dicitur de nive ventis actâ, de telis volantibus, et hic de hominum confluxu et turba (V. I. b), à verbo **drifa** impellere, it impelli, præcipitem ferri, **dreif til hans lid**, militum agmen ad eum confluxit. Hujus vel cognatæ originis merito judicatur, Gall. *troupe*, A. *troop* cohors, Al. *troppe* grex, AS. *trafe* idem, &c. necnon ipfum Lat. *turba*

dyl dulda tego, occulto (VII 5. b), gl. f.

dyrd f. gloria, decus (V. I. b), **dyrr** carus pretiofus; **dyrsta ætt** nobiliffima familia (VII. 8. b). **dyrligr** eximius (VII. 8. b). gl. f.

ecki

E.

eckim. dolor, luctus, (V. 3. a) af mikilleik mins ángrs oc ecka, præ magnitudine angoris et doloris mei. St. AS. *ace* dolor, tristitia, A. *ake* dolor, Gr. *ἄχος* moeror, dolor, adde Lat. *æger*.

ecki, cicki nihil, **ecki annara**, nemo alius, q. d. nihil aliorum, (VIII. 6. a), **litt eda ecki**, parum aut nihil, Rn. f. cap. 10. est neut. ab **eingi** nemo, q. d. **eitt ki**, veteres Dani dixerunt *ængte* nihil. 2) **ecki** non, partic. negativa, quomodo Lat. nihil, nil, passim usurpatur. Illis ergo ægre adstipulor, qui docent **ecki** non, à Gr. *οὐκ οὐκί*, vel *οὐχ οὐχί* non, immediatè oriri.

eidr juramentum (V. 5. a) cognata dabit gl. f. Bene, ne judice, Verelius aliique derivant **eidr** ab Al. *e*, *ee*, res sacra, jus, lex, religio, fœdus &c. cui accedit Hib. *adh* lex; juramentum enim juris et religionis actus est; unde alio nomine sacramentum dicitur à sacer: sic Svecis observante ill. Ihre, *lag* lex, quandoque juramentum notat, *binda lag*, jus jurandum offerre: non tamen absurdè à camb. *haid* examen, deduxeris nostrum **eidr** juramentum, rigidum illud examen veritatis. Qui etymon supponunt **eyda** consumare, finire (litem), diversæ orthographiæ rationem non habent.

eigin-bondi maritus (III. 2. a), q. d. vir proprius. Sic **eigin kona** et **eigin kvinna** uxor (II. 2. a), ubi **eiginn** possessus, proprius; in obliquis nunc declinabile, tunc indeclinabile est.

eingi, eingin nemo, gen. **einsgis, einskis** nullius, Ulf. *ainshun*; Al. *ingein*, *einchein*, Dan. Sv.

 ingen

ingen nullus, nemo. Ihre vocis etymologiam daturus, Alamannos dixisse docet *nihein* nullus, et per metathesin *ingein*; Sed potius einsgin ab einn, Ulf. *ains*, unus, et negativo gi, gin, ki, kin, Ulf. *hun* (sono *gun*), quibus forte accedit Ger. *ge, gen, ke, ken*, terminatio diminutiva. Sic mangi nemo, Ulf. *man hun* idem, Ger. *mannge, manngen*, homunculus, quare vero propius est, Gothos suum *hun* formasse à nostro gen, quod per aphæresin fecimus ab eigi non, vid. hvargi. Illa dn. Ihre sententia, *hun* hic non esse particulam negativam, minus firmo stare talo videtur. Pro eingi non raro dicitur einogr, contr. eingr, öngr nemo: Háva m.

Era madr sva gódr,
at galli ne fylgi,
ne sva argr,
at einogi dugi. i. e.
Non est homo adeo bonus,
qvin nævum habeat,
nec adeo ignavus,
ut nulla re præstet. Ibidem
öng er sótt verri
hveim snotrum manni,
enn eingu una. i. e.
Nullus morbus gravior
cuique sapienti,
quam in nulla re acquiescere.

eins adv. et adj. indecl. similis, par, ita, eadem ratione; Dan. *eens* idem, ab *einn* unus, accedit Germ. adj. et adv. *eins* unanimis unanimiter.

em fum (V. 3. a), ubi phrafi poëtica **emk** pro **em ek**, quod unicum hujus verbi tempus et perfonam novimus, Ulfilas quoque habet *im* fum, Saxones *eom*, Angli *am*, & Græci *εἰμί*.

endi m. extremum rei, five finis five initium, Al. *enti*, Ulf. *andei*, AS. *end*, Dan. Sv. *ænde* finis; propriè **endi** quod coram eft, latus anterius; ab **and** contra. Vid. gl. f. in voce **enni frous**.

engill angelus (VII. 8. b), pl. **englar** angeli, it. Angli, unde Anglorum rex **Engla konungr** falutatus (**Hk. Kn. f.** alibi), communem fortitur titulum cum rege angelorum Deo.

enn, en, et, is, ea, id, (VII. 8. b) alias **inn, in, it, hinn, hinn, hit** ille.

enni n. frons (II. 4. c) vid. gl. f.

es, er, pronomen et particula fenfu relativo, qui, quæ, quod, cum, ut, quod, conf. l. c. Apud poëtas fæpe aphærefin patitur, **hanns** pro **hann es** eum qui (V. 1. b) **fás** pro **fá es** ille qui (V. 3. b).

F.

faderni paternitas (III. 3. c), 2) Nobis et Svecis, docente Ihre, olim **faderni** patrimonium, **Sig. kv. 2.** ubi regina Brynhildis,

> **fóstr man mitt**
> **oc faderni,**
> **þat er Budli gaf**
> **barni fino.**
> Ancillæ meæ connutricatæ,
> et patrimonium,
> quod Budla dedit
> filiæ fuæ, ɔ: mihi ipfi.

fadmr gremium, finus hominis, it. orgya (V. 3. a) leggia hönd i fiálfs fins fadm in fuum ipfius finum infpicere. AS. *fæthm*, Sv. *famn*, D. *favn*, A. *fathom* gremium; Veteres noftri etiam levi difcrimine dixere badmr finus, gremium (quod diftingvendum à badmr arbor). L. fenna, ubi Fryggæ exprobrantur ejus illegitimi cum leviris amores.

Er þá Ve oc Vila
letz þer Vidris kven
báda i badm tekit.
Quando Veum & Vilium
permififti o! Othini uxor
ambos intuum venire amplexum.

Affine eft Ger *bufem*, et AS. *bofm* finus, quibus addefis lat. *paffus* ɔ: menfura orgiam fere exæquans, Sed potitius, fadmr & badmr à fá, Al. *faffen* prehendere, ficut à fánga capere, venit fáng finus; à bera ferre, barmr finus; nifi lenior pronunciatio hoc ultimum reliquis mutarit.

fagna gaudere (V. 1. b), hann fagnadi hanum, adventu ejus gavifus eft, humaniter eum excepit. conf gl. f.

fagr pulcher, elegans (IV. 4. a), vid. l. c.

faftr fixus, affixus, Al. *Vefti*, AS. *faft*, Ger. *veft*, cæt. propriè detentus, pirehenfus à noftro fá vel Ger *faffen* prehendere.

fedgin parentes (II. 1. b), gud fedgin parentes fpirituales.

felli felda dejicio, fella tár lacrymas effundere (V. 3. a) gl. f.

ferma

ferma, færma, confirmare (II. 3. e), fermi- dregill vitta confirmatoria (II. 4. c).

ferinel confirmatio, Ger. (VII. 13. b) Belg. per metathesin *vromsel* idem, hodie usitatius *firmlung* confirmatio, *firmeln* confirmare.

fest f. sponsio, promissum, quod ratum habetur; à festa firmare, ratum facere, vegtams kv. Frygg tók allar festar oc særi, Frygga (Othini uxor) ab omnibus promissa et juramenta exegit. 2) desponsatio, Sv. *fæst* idem (VII. 12. a); inde festar mey virgo desponsata (VII. 8. b), Sv. *Fæste möe* idem. Frequentius est plurale festar sponsalia, sitia i festum esse in sponsaliis, i. e. his peractis nuptias aliquandiu differre. 3) interdum fest ipsæ nuptiæ, quomodo distinguuntur kaup oc festar, sponsalia et nuptiæ, festar öl, convivium nuptiale.

fikinn avidus, appetens (V. 1. b), ubi heipt fikin odii amans, iracundus; inde fikiaz avere, Solar lióð.

> Vil oc dul
> tælir virða sono,
> þá er fikiaz á fe
> Voluptas et superbia
> seducit filios hominum,
> qui ad divitias adspirant.

Svecis etiam *fiken*, Dan *figen* avidus, *fika* desiderare, avere, it. usurpare, in usum vertere. κατ' ἔτυμον fikinn captans, capiendi studiosus, à fá consequi. vid. fuß.

fiðr-

fiórbavgs gardr relegatio, fuis conditionibus mitigata (VII. 3. b), vid. gl. fynt.

firma abftinere (VI. 3. b), ut membrana et exempl. impr. legunt; fed nihilo minus firma hic malè fcribi, et ejus loco fubftitui debere þyrma, fenfus et phrafium fimilium collatio fvadent.

flecka maculare (VII. 8. b), à fleckr macula, labes; vocis etymologiam vide in gl. f. Wachter fuum *fleck*, deducit à Ger. *blach* macula, apud Hefych. βλαγὶς idem, permutatis labialibus.

fleck-lavß fine labe, purus, cui opponitur, flecfóttr variegatus, maculofus, impurus, Ol. f. h. þótt æfka hans oc óndurt líf fyndiz fleckótt, licet juventus ejus (Olavi Sancti) et iniens ætas varia videretur, i. e. non fanctiffima.

flótti fuga (V. 3. a), As *fluth*, Ger. *flucht*, D. *flugt*, idem.

forbod interdictum, it excommunicatio minor (VII. 6. a), forbioda interdicere, communione ecclefiaftica prohibere. Contra bann interdictum, it. excommunicatio major, banna interdicere, it communione ecclefiaftica atque civili prohibere.

fordrag tolerantia (VIII. 2. a), Dan *fordrage*, Ger. *vertragen* tolerare, perferre.

framr præftans, infignis, audax, qui alios anteit, hodie interdum in malum partem, licentiofus, protervus, framr madr vir præftans framr klerkr infignis orator, Lafr. f. Affine eft frómr, olim fortis, ficut AS. et vet. Sv. *from* fortis,

fortis, strenuus, hodie frómr bonus, innocens, omnia hæc a præpos. fram ultra; à qua stirpe etiam proficiscitur et prioribus accedit Gall. & A. *brave*, Ger. *brav* fortis, strenuus, audax, D. *brav*, Sv. *braf* bonus, præstans, necnon ipsum Lat. *probus*, permutatis organi ejusdem elementis, cujus antitheseos exempla innumera sunt. Mirum itaque est, quòd hanc adeo evidentem convenientiam inter philologos nemo observarit.

fran ab, de, Sv. (VII. 6. b) idem quod frá ab, hic n in fine assumto; similis paragoges exempla in vocibus aliis occurrunt, vid gl. .f Aliud nostrum fránn adj. corruscus, nitens.

framlidinn mortuus, (V. 4. 6) alias fram farinn et fram geinginn, idem, v. lidinn.

freistni f. tentatio (V. 8. b), freista conari, experiri, IUf. *fraisan*, d. *friste*, Sv. *fresta* idem, q. d. ire ulterius, progredi longius, à frá ab, ultra, quippe nullus dubito hæc cognata esse verbo fara ire, it obire, perlustrare, probare, partic. farinn qui ivit, item expertus, eritus; hinc Dan. et Sv. *erfare*, *forfare*, eodem sensu. Simplex habent vafþrúdnis mál.

Siöld ek fór,
fiöld ek freistada.

Multa probavi,
multa tentavi,

dicimus et hodie ek hefi farit þat alt, percucurri et oculis totum perlustravi. Sic, Wachtero teste, francis olim *fara* probatio, *faran* probare, tentare; nec aliunde vet. Lat. *perior*,

i. e. tento, unde *peritus*, et Gr. πεῖρα conatus, πειράω exploro, tento, alias πειράζω, à quo *fraisan* et *freista* non adeo discrepant.

frilla, fridla amica (III. 2. a), fridill amasius. Oddrúnar gr. in prol. vilmundr het fridill hennar, amasio ejus nomen erat Vilmundo, adde vǫlundar kv.

Tregdi hon fár fridills
oc fǫdur reidi.
doluit illa de odio amasii
et de ira patris.

radix est fridr amor, amicitia, Ulf. *friathva* idem, de quo plura habes in gl. s. ibidem dictis adde Háva mál.

Eldi heitara brennr
med illom vinom
fridr of fim daga.
Igne magis ardet
inter improbos sodales
amicitia per quinque dies. et alibi
Sva er fridr kvenna
þeirra er flátt hyggia.
Talis amor foeminarum est
quæ subdolo animo sunt.

frǫgd hilaritas, Sv. (VII. 4. b), Al. *froth*, Ger. *freude*, d. *fryde*, Belg. *vreugd* idem, Ihre ab Al. *fro*, *frou* lætus, hilaris, quo et spectat nostrum fro consolátio, levamen. Alienum est frygd feracitas, St. passim; hodie libido foecunditatis studiosa, minus honesto sensu.

frænd-kona cognata (N. 4. c), hinc Sv. *frankunna spiæl* cognatæ mulieris ſtuprum (VII. 11. a), *frændi* cognat. gl. ſ.

frænd-leif uxor relicta ſive vidua cognati (VI. 5. a), hic leif f. idem quod AS. *lave*, vidua. 2) frænd-leif et frænd-leifd cognati relictio, i. e. hereditas, à leifa linquere.

frændſemi cognatio, neceſſitudo (II. 3. c), *ſemi* terminatio ut in aliis. *Semi* cognatio, vox ſeorſim exiſtens non eſt, quod dn. Ihre voluit.

full-hugi vir animoſus (V. 3. a), q. d. plenus animi.

fullting n. fulltingr m. auxilium (II. 3. c), AS. *fultum* auxilium, alias *fylſt*, Fr. *folluſt* idem, unde porro AS. *fylſtan*, Ger. *volleiſten* auxiliari, quæ quidem omnia mutuam præſe ferunt convenientiam, ſed unde domo ſint non æque conſtat. Nobis paſſim fulltingr interceſſio, Eg. ſ. cap. 34. vil ek háfa fullting þinn til þeſs at ek næda þeſſu radi, i. e. Tua uti volo interceſſione, ut hoc matrimonium impetrem: hinc aliquando in eam veni opinionem, licet extra dubium non ponendam, quod fulltingr forte idem eſſet ac flutningr promotio negotii, interceſſio; ſicut affinia videntur fulltings menn opituli, auxiliatores, et flutnings menn patroni, interceſſores; à flytia vehere, it promovere et orare alterius cauſam.

fundr inventum, it conventus (V. 3. a).

fúſs lubens, pronus, cupidus (V. 3. a). gl. ſynt.

fyrir pro, verda fyrir reidi konúngs offenſam regis ſubire (V. 3. a): þeim þotti mikit fy-

rir, gravati sunt, arduum illis visum est (VIII. 2. a).

fyrir hyggia providentia, prospectio (VII. 8. b.).

fæc, fæce intervallum, spatium, AS. (VI 3. b), Ger. *fach*, D. *fag* intercapedo; Wachter à *fassen* capere.

fæzla cibus, victus (V. 4. b), à fæda alere.

G.

gegatte socius, conjux, Ger. (III. 4. a): alias *ehegatt* idem, á simplici *gatte* socius, maritus, *gattin* socia, conjux, unde porro *gatten*, *begatten* sociare, conjungere adde AS. *geader*, Belg. *gader*, una, simul, unde rursus AS. *gadherian*, A to *gater* congregare, colligere. Nos quoque dicimus góðr minn sodalis, amice mi; góðin min o! amica, sed hæc ultima forte ab adject. góðr bonus.

geist spiritus, Ger. (VIII. 9. a), AS. *gast*, Al. *geist*, A. *ghost*, quæ omnia idem ac nostrum gustr flatus, à verbo gys gavs efflo, exhalo, eructor.

geld, galt, do, it reddo, rependo (VII 1. b), AS. *geldan*, Al. Ger. *gelten*, D. *giælde*, Sv. *gella* idem. A gialda fecimus gildr solubilis, ad rependium utilis, it alicujus pretii, valoris, et soliditatis; Dan *gild og giæv* idem: inde novum verbum gildi, gilta, valeo, in pretio sum, Ger. *gelten*, D. *giælde*, Sv. *gella* idem, quæ a prioribus homonymis sunt distingvenda.

geng geck eo, hann geck at eiga hana, hanc uxorem duxit (VII. 7. a), q. d. ductum ivit.

get gat possum (VII. 12. b), genero (VII. 8. b), hinc **getara** genetrix, **guds getara** virgo Deipara, malè scribitur **getura**, *Hug.* ſalm. 29.

giarnan sponte, lubenter, Sv. *garna* idem (VIII. 2. a), habemus et adj. **giarn**, AS. *georn*, Ger. *gern* lubens, cupidus; ab Al *geron keron* cupere, indidem **gerr** appetens, **ger** n. vehemens appetitus, **fugla ger** avium ingluvies, cum in prædam involant; poëtis etiam **geri** lupus, à rapacitate dicitur.

gipta nuptum dare (VII. 11. a), **giptaz** nubere (VII. 12. b).

glaube assensus, fides, Ger. VII. 9. a), Ulf. *galaubei*, Al. *geluua*, AS. *geleafa*, Belg. *geloof* idem, Wachter a *law* manus; me judice, potius à simplici AS. *lufe*, A. *love*, Fr. *liubi*, favor, gratia: fides enim amoris et observantiæ soror et comes est.

gledi f. lætitia, Sv. *glædie* idem (VII. 4. a), **gladr** serenus, it lætus, hilaris, decimus **glada solstin**, clarum jubar, **glada stiarna** sidus serenum, Venus. Ihre à Lat. laetus, cui potius vox nostra originem dedit.

glikr similis (V. 1. b), AS. *gelic.*, Ger. *gleich* idem, frequentius sine prosthesi, **likr**, D. *lig*, Sv. *lik*, similis.

godsunu filius baptismalis, AS. (V. 7. a).

grœt gret lacrymor (V. 3 a), infin. **gráta**, Ulf. *greitan*, D. *græde*, Sv. *gråta*, A. to *greit*, idem, nobis, **grátr**, D. *graad* fletus, Ger. *kreide* clamor, nec sono abludit Gall. *regret* dolor,

dolor, triſtitia, quod tamen ad hunc etymum non refero.

grœtr contriſtatus, Sv. *grötter* idem, (VII. 4. a).

groß magnus, ingens, Ger. (VIII. 9. a). Al. *groz*, AS. A. *great*, Belg. *groot* idem, Lat. *craſſus:* omnia à **grœ** adoleſco, incrementa capio, quin adde Lat. *creſco*, unde *cretus* reliquis valde ſimile.

gud-fadir patrinus, compater (V. 1. b), **gud-modir** commater (VII. 5. a), **gud-ſonr**, AS. *godſunu* filius luſtricus (V. 7. a), **gud-dottir** filia luſtrica (VII. 1. b), **gud-ſifi** ſpiritualiter cognatus (V. 5. a), **gud-ſifia** foemina ſpritualiter cognata (VI. 3. b), **gud-ſifiar** cognatio ſpiritualis (II. 1. b), **gud-ſyſtir** ſoror ſpiritualis (VII. 5. b).

gull, **goll**, aurum, (V. 2. a), Al. *cold*, Ulf. *gulth*, AS. *gold*, cæt. Haud dubie à **giall**, Ger. *hell*, ſplendidus, clarus, ſive viſu ſive auditu: auri epithetum facit carmen **Fabnis mál**, ubi, **hit gealla goll, oc hit glódrauda fe**, aurum illud ſplendens, et prunæ inſtar rubens pecunia. De claro ſono et ſplendore vocis adhibet **Brynhilldar kv.** ubi **giall grátr Godrunar**, ſonorus Godrunæ fletus. Habemus et verbum **gell** gall, inf. **gialla** ſplendere, clarum et liqvidum eſſe. eſſe, etiam de voce, Gr. γέλλω ſplendeo, **geallandi geir** framea ſplendens. **Atla kv.** Denique huc refer **giall** ſcoria, vel igniti ferri detrimentum.

gynd per, AS. (V. 7. a), alias *geon* per, ultra, *gean* ad, erga; convenit Dan. *gen*, Ger. *gegen*

erga,

erga, nobis gegn, gagn è regione, per, transposſ.

gæðingr vir præſtans et inſignis (V. 1. b), gæðingar konungs amici regis, optimates aulæ; Ol ſ. C. à góðr bonus.

gárande, ſaltantes, Sv. (VII. 4. a), ita l. c. verti, ſuſpicans vocem depravatam eſſe à *chorus* vel *chorea*, hunc enim ſenſum Chron. Rhythm. ſemper voci aſſignat; e. c. *ther war af gärande mychit bang*, ibi à ſaltatoribus multus ſtrepitus factus eſt. Ihre ludiones intelligit, acſi cognatum ſit gárungr ſcurra, odioſo fere ſenſu; gár illuſio, ludibrium, lógðo á hann gár oc gys ludibrio et ſannis eum habuerunt, St. ſ. l. 14. Sic accedit forte Camb. *chwaru* ludere.

H.

hái, haða, inf. há & heya, adſum, maneo, inter manendum ago, ek vil her heya hic adero vel manebo, ſic há orrusto facere pugnam, heya þing in conventu adeſſe, conventum agere, þat háir þer, accedit te, vel prope te eſt i. e. hoc vires tuas periclitatur et in magnum diſcrimen adducit te, (ita phraſin hanc recte intelligi humaniſſime monuit, meus in Islandia fautor et amicus honoratiſſimus Dn. B. H. Cui et plures doctiſſimas animadverſiones debeo.) Inde há f. præſentia, manſio et manentis actio, cui affine, hóm manſio, quies, heimr ſedes manſio, de quo vid. gl. ſ. Etiamnum in uſu eſt þing há actio fori, item unius curiæ pagus, þing heimr conventarum præſentia, comitia-

 tus

tus: poëtæ pro há dicunt hóð eodem sensu. Ab há adesse, vel hi et hiá, ad apud, habemus, 2) há f. induvium, pellicula, cutis, illa angustior corporis mansio, alias hamr idem; vulgo dicimus: hann er með hirri há, með hirum ham, hilaricula pelle est, ɔ: fronte exporrecta et hilari vultu; hross há pellis equina. 3) Quod nec huc referre dubito, há gramen terræ innascens et adhærens, vulgo gramen cordum, quod post primum foenisecium renascitur; accedit hey foenum, hi lanugo, &c. At 4) há f. poples, suffrago, AS. et Sv. *ham* idem, cum prioribus vix communionem habet. A verbo hái revera non differt ái aða inf. á et ægia subsistere, manere, sola aspiratione sublatâ.

hálfa latus, pars, af guðs halfu à parte Dei, i. e. lege divina sive ecclesiastica (VI. 3. b), 2) halfa, álfa, plaga, latus vel cardo coeli, e. c. Vestr álfa occidens, 3) hálfa ramus stirpis vel generis majoris, familia, Sv s. hafði hann sva grimmliga leikit alla há alfo, adeo crudeliter totam hanc familiam tractaverat. Convenit AS. Al. *halp*, AS. *healf*, Ger. *halb* pars, latus, plaga, Vet. Sv. *alf* latus, it generatio Loccen.

háligr excellens, sublimis, sanctus (V. I. b), ubi meðal okkar allt er háligt, quod nobis mutuo intercedit (commercium) sanctum est: poëta cognationem spiritualem intelligit; usitatius est heilagr Ger. *heilig* sanctus, cujus vocis multos multi etymos finxerunt. Sed for-

ma genuina est háligr, hálagr, quemodo et ASaxones dicunt *halig* sanctus, ab. hár altus, addita terminatione: Huic etymologiæ patrocinatur, quod alicubi vertendum veniat heilagr altus, sublimis. Habnis mál.

þu þvi vert
at ríða sl. ldac
heilög fiöll hinnig.
Tu in causa fuisti
ut eqvitarem
per altos montes huc.

hátt modus, ratio qua quid agitur, conditio, (III. 2. a), á þan hátt hunc in modum, meira hattar menn, minna háttar menn, honestioris sive vilioris conditionis homines. (VIII. 2. a), hátt fere idem quod hagr status, conditio, ab há adesse, agere, q. d.

hef hafda habeo, 2) honesta phrasi, hafa at líkams losta, ad libidinem carnis adhibere, stuprare (VI. 3. b), vulgaris hodieque sermo est; hann hafdi med hana compressit illam; quo item sensu venit, Lat. *habeo* apud Terrent. in Andria. Quis heri Chrysidem *habuit*, ɔ: rem cum illa habuit.

heimr, heimi, domus, sedes, mansio, Vid. gl. s. St. hvarf til sins heima, domum reversus est, hann á þar heima ibi domum vel sedem habet. In genit. et acc sæpe adverbialescit, more Latino; heima domi, heim domum (V. 3. a), 2) heimr coetus, societas, cui accedit Ulf. *hjuma* coetus, comitatus; 3) heimr orbis terrarum (V. I. b), simili ratione ab Ulf. *manna*

na sèds sedes hominum dictus. Ex primo vocabuli sensu est heimir domesticus, verna, AS. *hamor*, Vet. Sv. *hamar* idem, Lat. *comes* sono et sensu cognato. Háva mál:

> Ottr er heimis kvidr,
> nema ser godan geti
> Timendum est domestici testimonium,
> nisi quis bonum sibi paret (beneficio).

heimta ad se recipere, accire, postulare, (V. 3. a).

heimuligr secretus, privatus (II. 2. a), proprie familiaris, heimuligt fólk familia, domestici, Stiórn.

heipt odium (V. 1. b), heiptigr iracundus, infensus, (VII. 12. b), unde Ihre deducit Svec. Ger. Dan. *heftig* vehemens; heipt forte ab æfr nimis acer, vehemens, ira percitus; vel ab apr infensus, aversus, hoc à præp. af ab, illud à præpos. of super, nimis.

heurath matrimonium, Ger. (VI. 10. a), Wachtero recte judicante, idem quod AS. *hyred* et *hivredenne* familia; Islandice dixeris heu-ráð sive hiu-ráð, rei familiaris ad ministratio, vel domesticorum comparatio, à hiu familia, et ráða regere, consulere; item in suas partes trahere, adsciscere, dicimus ráða hiu domesticos parare vel conducere.

heygg puto (V. 1. b), ubi poëtice heyck pro heygg ek; cæterum heygg hoc et quibusdam aliis locis scribitur pro hygg, quod usitatius est, nam ey pro y, av pro u, non semel veniunt, ab hugr animus.

himin et **hifin** coelum (V. I. b), ab **hefia** attollere, elevare, quam etymologiam Dn. Ihre sine causa in dubium vocat.

hindra impedire (VIII. 4. b), AS. *hindrian*, Ger, *hindern*, cæt. proprie retroagere, ab **hindr**, Ulf. *hindar*, AS. Ger. *hinder* retro, unde nobis adj. **hindr** posterus, (Sic aptra impedire, ab aptr post, retro). Ab eadem radice Habemus subst. **hindr**, Dan. *hinder*, impedimentum, St. mikit hindr oc tálman, multum impedimentum et obstaculum.

hión, **hiún**, pl. conjuges, cohabitantes, 2) utroque numero **hion**, **hiun**, **hiu**, domesticus, in una domo commorans; **reds hann hangat at hióni**, ibi domesticus factus est, Niála. Per etymum **hión** qui adest, commorans, à **hiá** ad, apud, gl. f. Hinc Brynhildis, quæ Sigurdum Fafnericidam quoad vixit maritum frustra optaverat, jam moritura suum ejusque funus iisdem exequiis consociari petivit, ut illi, vel mortui, ex vero dici possent **hión**, ɔ: commorantes, hac enim ratione Brynhildis gratissimo societatis et conjugii vocabulo locum fieri judicavit, cum nativum sensum intueretur.

hióna lag matrimonium (VII. 3. a).

hiör, ensis, gladius, poët. (V. 1. b), Sv. *hör*, Ulf. *hairus*, Gr. ἄορ ensis. Wachter hæc omnia refert ad Ger. *hauer* gladius, quod ab *hauen* cædere; bene quidem, (nisi vox Germ. reliquis sit recentior), nam ita *sica* à seco, Κόπις à Κόπτω.

hiún-skapr matrimonium (VII. 3. b), alias **hiú-skapr**, gl. f.

hlaford dominus, AS. (V. 7. a), A. contractè *lord* idem, Isl. **lávardr**, Sv. *laward*, dominus, herus, pater familias; forte vivo-cis custos panis, suæque familiæ promus condus, à **hleifr**, AS. *hlaf* panis, et **vördr**, **urdr** custos, q. v. Vel, quod malunt Wachter et Ihre, *hlaford* præses terræ, à **lád** terra, et **vardr** custos; certe hujus compositionis est **lád-vardr** princeps, quod habet **Rn.** f. cap. 7.

> **komto i land oc lendir**
> **ládvardr Adalrádi.**
> Restituisti patriæ, et in terram reduxisti,
> o princeps, Adalradum.

hold caro (IV. 4. a), D. *hyld*, Sv. *hull* idem; Ihre ab *holja* tegere, quod caro ossa et intestina involvat: Sed quantum video, **hold** ab antiquo idem quod **hud** cutis, ut fere sit l ante d inserto; Sveeis enim *hull* caro, etiam cutem notat, et hinc ASaxones promiscuè dicunt *behydan* et *behyldan*, cutem detrahere, ut nobis quoque dicitur **hyda** et **hylda** idem, **Atla mál.**

> **takit er Hógna,**
> **oc hyldit knifi.**
> prehendite vos Hognam,
> et cultro excoriate.

Sic **hórund** cutis, non semel ipsam carnem notat. **St.** et alibi.

hönd, **hand**, manus, **leggia hendor á** inferre manus, (VII. 12. b), **sœkia heim hönd**, manum petere, i. e. convenire, visere, redire (V. 1. b). Sic **Helga kv. hundings b.** sótti

sótti Sigrun
sikling gladan,
heim nam hon hönd
Helga 'at sækia.
Adiit Sigruna
hilarem regem,
et ipsa manum
Helgii petivit.

Edda de malleo Thori; man eigi sva lángt fliuga, at eigi sæki hann hönd heim, non adeo procul mittetur, quin sponte sua redeat.

hreinlisi castitas, caelibatus VII. 8. b), q. d. pura vita.

hugfesta memoriæ mandare (V. 4. b), hugfastr animo infixus, hugr animus. Vid. gl. synt.

hugga consolari, animum facere (II. 1. a), ab eodem.

hug-reifr animo alacris (V. 1. b), reifr alacris. q. v. infra.

hugtregi animi solicitudo (V. 3. a), tregi dolor, vide seorsim.

hvaregr, hveregr neuter, (VII. 8. b), compos. à hvarr, hverr quis, et eigi non; à quo distingve hvaregr quisque, Kr. þ med hveregri skepno sem er, quamcunque formam (infans) habuerit; hic egr nuda terminatio, ut in aliis.

hvarki neuter, ra, hvatki, hvartki, neutrum (VI. 4. a), Gen. hvarkis et hvarskis neutrius, (VII 8. b), profertur et lenius hvargi, hvergi neuter, in quibus et aliis assyllabicum negativum gi, ki, per aphæresin factum ab eigi non

non. Sic þatki non hoc, hittki non illud, &c. passim in L. S. Háva m.

> hittgi hann veit,
> hvat hann vita þyrfti.
> Illud non novit,
> quod nosse ejus interesset. Loka senna
> þott hún siálfgi segi,
> Licet ipsa non enarret.

2) hvargi, m. f. hvatgi n. quicunque, contractum à hveregr quicunque.

hve, hvi, quomodo, quam, cur, (V. 3.a), et relative et interrogativè, Dan. *hvi* idem, Sicut apud Latinos adv. *quo*, *qui*, revera est ablativus à *quis*, sic nostrum hvi idem casus veteris pronominis hver, hve, hvat, Gen. hvess, D. Abl. hvem. hveim, neut. hve, hvi, acc. hvenn: Dani dicunt, *hvo*, *hvis*, *hvem*. Alia forma est hverr.

hvita, vadir vestis baptismalis (II. 4. c).

hus-freya mater familias, Sv. *husfruga* uxor, hera, Sv. (VIII. 2. a), GK. et Edda judicibus freya hera, sic dicitur à Freya venere septentrionali, cujus frater fuit Freyr, ille majorum gentilium deus. Sed potius deæ nomen ortum ab appellativo freya domina, Dan. Sv. *fru*, Ger. *fraw*, Fr. *frou* idem, quæ foeminina sunt masculini freyr dominus, Ulf. *frauja*, Fr. *fro*, AS. *frea* idem; inde apud Ulfilam *heiwa frauja* pater familias, herus, Mr. XIV. 14; nostro idiomate dixeris heima freyr. Adde Camb. *breir* dynasta, baro, quod reliquis non dissimile.

Wach-

Wachter non bene diſtinquens *frau* à Freya venus, hoc ultimum à *frjon* amare derivat.

hæfir imperſ. convenit, decet (V. 2. a), ab hóf et hæfi modus, convenientia, moderatio, quantum uſui eſt, quantum habeas; ab hefi habeo.

hættinn periculis ſe exponens, magnanimis (V. 1. b), hætta f. periculum, Lap. *hætte*, Fenn. *hætæ* idem; adde verbum hætta, Sv. *hæta* tentare, periclitari. Affine videtur, Lat. *audeo*, nec non Camb. *hyder* audacia, *hydr* audax intrepidus, Gr. ἴτης audex, temerarius; nam qui periclitetur, audax ſit neceſſe eſt: ſá heſir ſem hættir, impetrat qui audet, audaces fortuna juvat.

håfd uſus, adhibitio; 2) Coitus, Sv. (VII. 6. b), inde *hæfda* ſtuprare (VII. 1. b); vide hafa habere.

J.

jafn æquus, æqualis (II. 4. c), inde jafnadr æquitas, juſtitia.

jafnan continuo, ſemper (V. 3. a), q. d. æquo et non interrupto proceſſu.

jafnvel quamvis, vel etiam (VIII. 6. a).

játa confiteri, affirmare (VII. 1. a), alia verbi forma eſt jái jada affirmo, Sv. ſ. Ger: *jahen*, *bejahen* idem.

jöfur rex (V. 1. b) item heros, athleta paſſim in S. E. Niſi etymi ab oriente petiti meriti ſuſpecti eſſent, conferre poſſem Heb. אַבִּיר fortis, potens, it. vir fortis, heros; Sed præſtat deducere

ducere jöfr à præpoſ. of, yfir, ſuper, unde Ger. *ober* et *oberer* ſubſtant. ſuperior, imperans, *oberſt* præter.

jörð f. terra, Ulf. *airtha*, AS. *eard*, Ger. *erd* idem, derivant ab Hebr. אֶרֶץ terra, ob humilitatem ſic dicta, quæ vocis origo licet in dubium non ſit vocanda, notari tamen meretur magna lingvæ Lat. convenientia, ſi vel maxime fortuita, ubi terra (de mari diſtinguenda) dicitur *arida*, et licita contractione *arda*, ab adj. *aridus*, pro quo *ardus* olim dicebatur; ſic Gr. ξηρὰ terra, à ξηρὸς ſiccus.

K.

kaſt jactus, jaculatio, it commericium (III. 2. a), ubi de cohabitatione matrimoniali ſumitur.

kein nullus, Ger. (VI. 10. a), Belg. *gen* idem, quibuscum neſcio an conferam partic. noſtram negativam ge, gen quæ nominis inſtar flexilis eſt; Wachter tamen *kein* ab Al. *nihein*, Ihre ab *ingein*, *einchein* nullus, derivant. Vid. eingi.

kem kom venio, komz við, commovebatur (V. 3. a).

kenni, kenda, noſco, it. ſentio (VII. 8. b).

kind f. proles, Ger. nobis kind infans, 2) natio, gens, 3) genus, ſexus; Brynh. kv. leyſa kind frá konum, ſolvere infantem à foeminis, (difficulter enixuris), St. ſem ero annars kyns oc kindar, qui ſunt alius generis et gentis; Hk. I cap. 18. ſvia kind gens Sveonum, St. ſynaz þeir bædi vera karl kindar, oc

kven

kven kindar illi et virilis et mulebris sexus esse videntur; (de hominum genere androgyno).

konungs árar aulici, ministri regis (V. 3. a), **konungs eyrendi** negotium regium, sive ministerium regi debitum, vid. **ári** minister.

konungr rex, vid. gl. s. De vocis natalibus doctam et plausibilem hypothesin affert ill. Ihre, quo judicante vox **konungr** ab initio præfectum militiæ notavit, nec aliud est quam Fr. *kunning* centurio, à *chun*, *hunn* centum. Nos etiam **hund** centum, olim sine paragoge diximus, unde **hund margir** centeni, centies multi, i. e. plurimi; **hund vis** res centenas noscens, i. e. multiscius; et denique **hundingr**, nomen Francorum regis, quod revera fuisse appellativum et ab illo *kunning* primitus non discrepasse videtur.

kostr optio, conditio, 2) quod in omni re optatur et quæritur, bona qualitas, virtus (VII. 8. b), gl. s.

kosgirni cognatio, fraternitas (VI. 5. a), forte vox orta est à Gr. κάσις frater, soror. Verum quod res est fatebor; ignotum mihi vocabulum est, et à librariis corruptum videtur, quare de ejus positione incertas fingere conjecturas non libet.

kvanfáng ductio uxoris, matrimonium, hic consvetudo cum uxore (VII. 3. b), contra de foeminâ **verfang** adeptio mariti, **Brynh. kv. þav vælto mic i verfangi**, me cum nuberem deceperunt, **St. þafa henni eigi giptusam**-

liga

liga gengit ver fõngin, illi (Corneliæ) haud felicia connubia contigerunt.

kved, kvad, dico (V. 1. b), cano (V. 3. a), affine kved, kvadda, voco, appello faluto.

kvidr teftimonium, teftis citatus (V. 5. a), kvód f. convocatio teftium; à kved kvadda voco, it. phrafi juridica, appello, in jus voco: 2) kvidr dictum, fententia, AS. *cuid* idem; norna kvidr, fatum, vel fententia parcarum, Hamdis m. à kved kvad dico.

kvidr uterus, it. venter, Ulf. *kvithus*, Al. *cwiti*, AS. *cvith*, Sv. *qwed* idem; vel levi mutatione ab alterutro Latino; vel quod malim, à Gr. κύτος cavitas, it. venter; th. κύω complector, contineo, it. concipio, in utero gefto. Adde Celt. *chwidd* tumor, quæ noftræ vocis fonum, Græcæ fenfum fere retinet.

kvinna mulier, honefto fenfu (II. 2 a), alias kvona, kona idem, gl. f.

kvongaz ducere uxorem (VII. 8. b), kvongadr uxoratus; habemus et verbum kvæna uxorem dare, Gr. f. cap. 11. kvænaz uxorem ducere, kvæntr uxoratus.

kunnr notus, manifeftus (VII. 1. b), alias kudr cognitus, kn. f. AS. *cuth*, Al. *kund* idem; à kunna, fcire, noffe.

kvöld, kveld, vefpera, Norv. et Sv. *qwell* idem, vi etymi crepufculum, vocem enim à Celtis accepimus, quibus (apud Davifium in Lex. Ling. Brit.) *gwill* tenebrio, *gwyll* tenebræ, *gwyll y nos*, crepufculum vefpertinum, q. d. tenebræ noctis

noctis. Sic ASaxones conticinium *cwyld tid*, i. e. tempus tenebrarum, vocant. Convenit Hebr. עֲלָטָה (ghälata) Caligo, tenebræ, per metath. ab Ar. غَطَلَ, غَطِلَ (gatala, gatila) obscurus, tenebrosus fuit, de coelo et nocte usurpatum.

Kyn genus, þess kyns ejusmodi (VIII. 6. a).

Kænn gnavus, peritus, dexter, (V. 1. b), it. callidus, sic lögkænn lege peritus; vig kænn dimicandi gnarus. Hinc kænska peritia, calliditas, à kann possum, novi, calleo; ab eodem fonte (consentiente Wachtero), est AS. *con*, *cene*, Ger. *kün*, Sv. *kön*, *kyn*, fortis, acer, audax, unde rursus nostrum kyndugr audax, confidens. Ihre refert ad Gr. χαυνὸς superbus.

L.

Lá f. in genere quod stratum et æquum est: 1) Lá coma, teste Eddâ, AS. *lá* idem, propriè de pexis compositisque capillis, affine est ló f. lanugo, lúfa bene nutrita et promissa cæsaries, illud Haraldi Pulcricomi cognomen, Svecis adhuc *luf* crinis. 2) Lá aqua, mare, quod respectu terræ q. subsidit et jacet, propterea *æquor* dictum; indidem lögr aqua, humor &c 3) Lá, f. liquor discolor, stagnanti æquæ innatans. 4) Lá, læ, sangvis, voce ab aqua ad corporis animalis fluorem translatâ; unde forsan blaut sangvis sacrificialis. Háva mál.

Sialdan liggiandi úlfr
læ of getr.

raro deſes lypus
ſangvinem parat.

Gudmundus Andreas hic vertit Læ præda, quæ et Græcis λεία vocatur, ſed Læ hic ſangvinem notare, etiam mihi perſvadet Vólu ſpá, ubi de Diis exanime hominis protoplaſti corpus animantibus:

Ønd gaf Odin
ód gaf Hænir
lá gaf Lódr
oc litu góda.
Othinus vitam dedit,
Hænerus ingenium dedit,
ſangvinem Löderus dedit,
et bonos colores.

Accedunt hle, AS. *hleov* ſitus loci depreſſior et conſpectui ſubductus, D Sv. *læ* locus à tempeſtatibus immunis, nam perflant altiſſima venti, læ cubatus, læbarn infans in cunis cubans, HE. I. 29. et denique lágr, D. *lav*, A. *low* humilis, ut alia mittam.

lán n. commodum, mutuum (V. 1. b), ubi guds lán er þat, muneris divini eſt. 2: lán felicitas, fortuna, quam Deo acceptam ferimus. 3) lan f. ſuſtentatio, ſupperitatio victus, unde lánar drottin herus, ſuſtentator. Cognatum eſt len præfectura, feudum, HE. VI. 10. nec non AS *lehan*, *læn*, Dan. *laan*, Ger. *lehn*, commodum, mutuum.

lát n. amiſſio, it. mors (V. 3. a), fiár lát jactura pecuniæ; vina lát mors amicorum; convenit
neſcio

nescio quo casu, Lat. *lethum* sive *letum*, Camb. *llait* mors, vox enim nostra indigena est, à láta ponere, it. amitere, perdere; particip. látinn perditus, it. mortuus.

